REFORMATIO CAMALDULENSIS ORDINIS CUM GRATIIS & PRIUILEGIIS A...

Petrus : Damiani santo (santo)



Incipit prologus uenerabilis Petri Damiani eremitæ in uita beatissimi Romualdi confessoris & eremitæ.

ADVERSVM te & in munde munde conquerimur: qui habes intollerabilem stultorum sapientium turbam tibi facūdam: Deo mutam: qui per uanam eloquentiam; & inanem philosophiam se sciunt in superbiæ cornibus aroganter extollere: nō habes qui profuturum aliquid edificationis proximorum ad posterorum memoriam uelit scedulis adnotare. Habes īquam qui in prætoriis iudicum negociorum sæcularium lites: & causarum iurgia continuis ualeant declamationibus perorare. Nō autem habes qui possit in sancta ecclesia: uel unius sanctorum uirtutes & clara gesta describere. Sapientes siquidem sunt: ut faciant mala: bona autem facere nescierūt. Ecce enim tria fere iam lustra trāsacta sunt: exquo beatus Romualdus deposito carnis onere ad ætherea regna migrauit: & nemo adhuc ex huiusmodi sapiētibus extitit: qui de tot eius mirabilis uitæ pconiis pauca saltem historico digereret stilo: & auidissimæ deuotioni fidelium satisfaciens: ad cōmunem utilitatem recitanda collegio sanctæ ecclesiæ traderet. Nobis autem in angusto cellulæ angulo residentibus utilius erat sicut proposuimus propria peccata ad mentis oculos assidue reuocare; q̄ alienæ uirtuosis historiam texere: magis expedire uidebatur commissi reatus tenebras plangere q̄ splendida sanctitatis insignia imperitis sermonibus offuscare. Verumtamen cum ad sepulcrum eius ex lōginquis partibus toto anno: maximeq; in eius festiuitate fidelium multitudo conueniat: miracula diuinitus per eum facta conspiciat: audire uitæ eius historiam desiderabiliter quærat: sed utpote quæ nō sit: audire nō ualeat: non irrationabiliter pertimescimus: ne celeberrima eius fama: quæ adhuc populi totius ore depromitur labente curriculo temporum de memoria hominū penitus deleatur. Quapropter hoc timore perculsus:

multorumq; pcibus fratrum: & germana charitate deui ctus quod de prædicto uenerabili uiro ab egregiis eius discipulis didici agrediar deo authore describer: uitæ q; eius initium: cursum: & finem nimirũ imperitus homo non historiam texens: sed quoddam quasi breue cõmonitorium faciens quibuscunque tentabo litterarum apicibus exarare. Hoc autem unũ in primis lectorem meum desidero nosse: quia non multa per eũ facta miracula in hac ego descriptiuncula colligam: sed potius quod ad hedificatiõem omnimodis attinet conuersationis eius ordinem referre contendam. Beatus siquidem uir intantum se humilitatis tegmine a uento uanæglo riæ custodiuit: quod undecunq; humanis oculis uideri mirabilis potuit studiosissima occultatione suppressit. Quæ tamen miracula si minime fecisset: mirabilem uitam: ducens minori ueneratione dignus non esset. Neq; enim præcursor domini fecisse miracula legitur: quo maiorem nullum internatos mulierum surrexisse ueritas ipsa testatur. Nonnulli enim se Deo deferre existimant: si in extollendis uirtutibus sanctorum: mendacium fingant. Hi nimirum ignorantes deum: nostro non egere mendacio derelicta ueritate: quod ipse est: de falsitatis ei putant se placere posse cõmento: quos bene hieremias redarguit dicens. Docuerunt linguas suas loqui mendacium: ut iniq; agerent laborauerunt: qui enim ultro oblatam simplicem ueritaté referre facile poterãt: in componendis: quæ nesciunt: casso laborare desudãt: & quo se pro deo stare quasi adiutores autumant: eo ut re uera falsi testes contra Deum pertinaciter pugnant: Apostolo corinthiis attestante qui ait: si xps non resurrexit: inanis est prædicatio nostra: inanis é & fides uestra. Deinde subiungit. Inuenimur falsi testes Dei: quoniam diximus testimonium aduersus Deum: q suscitauerit Xpm: qué nõ suscitauit. Sed qa necessitaté adscribendũ coacti: uelut committi ista pmisimus: iã pcibus eius de quo loqmur deo opitulãte ad narratiõis ordiné ueniamus. ¶ Explicit Prologus. Incipiunt Capitula.

¶Expliciunt Capitula. Incipit liber uel Vita Beati Romualdi.

ROMVALDVS igitur Rauenæ ciuitatis oriundus: ex illustrissima Ducum fuit stirpe progenitus. Qui cum iam in adolescentiam peruenisset: cœpit in peccato carnis procliuis existere: quo uidelicet uitio illa ætas impugnare homines præsertim diuites uehementius solet. Mente tamen Deo deuotus frequenter se cõtra se magnum aliquid proponebat. Nam & si quando se ad studiũ uenationis accingeret ubicunq; per siluas amœnum locum reperire poterat mox se ad Eremi desiderium eius animus accendebatur dicens intra se. O q̃ bene poterant eremitæ in his nemorum recessibus habitare: q̃ congrue possent hic ab omni sæcularis strepitus perturbatiõe quiescere. Et ita mẽs eius cœlitus inspirata iam diuinabat in amore qđ impleturus erat postmodum opere. Huic erat pater nomine Sergius mũdo uehementer intentus: & omnino sæcularibus negocijs implicatus. Qui dum aduersus quendam propinquũ suũ exortis simultatibus pro possessione prati inimicitias exerceret: uidens filium suum Romualdum in cõtentiõe mollescere: crimenq; fratricidij medullitus formidare minari cœpit exheredem facere: si in eadẽ diutius sententia permaneret. Quid plura? Tandem uterq; inimicantium partes ex urbe ad litis materiam proruunt: arma corripiũt: bellum sociale committunt. Et dum cominus hinc inde pugnatur repente manu Sergij inimicus occiditur. Romualdus autem licet nullum peremptorio uulnus inflixerit: quia tamen interfuit pœnitentiã tanti reatus accepit. Moxq; ad classense monasterium Beati Apolenaris more homicidarum diebus. xl. permansurus in luctibus properauit.

¶ Ipsa conuersio: & q corpus beati Apolenaris sine dubio in deassensi monasterio iaceat. Cap. II.

Illic autem districta se poenitētia iugiter macerans cœpit cum quodam cōuerso cotidianum habere colloquium: a quo etiam iuxta mediocritatem sensus bonæ exortationis audiebat sæpe consilium. Quem cum cōuersus frequēter ammoneret: ut sæcularem uitam omnino postponeret: & ad sanctæ conuersationis ordinem festinaret: sed ad hoc mentē eius humiliare nullatenus posset: aliquādo inter cætera uelut gratulabundus intulit dicens. Si tibi inquit ego beatum Apolenarem corporali specie: ita ut eum manifestæ uidere possis ostendero quid a te precii reportabo? Ad hæc Romualdus firma inquit: & inuiolabili obligatione me adstringo: qa mox ut beatum Martyrem uidero apud sæculum ulterius non manebo. Hortatur ergo conuersus: ut ipsa nocte Romualdus dormire postponeret: & una secum intra ecclesiam in orationibus uigilaret. Cumq; nocturno silentio lōganimiter ambo in oratione persisterent: ecce circa gallicinium noctis beatus Apolenaris: his duobus manifeste uidentibus: exiit de sub altari: qd' in medio ecclesiæ ad honorem beatæ uirginis Mariæ cernitur esse cōstructum. Visus est autem exire ab orietali parte: illinc uidelicet ubi marmor porfireticum iacet. Confestim uero tantus splendore totam expleuit ecclesiam: ac si sol fulgoris sui radios intra ipsos parietes cohiberet. Tunc beatissimus Martyr sacerdotalibus infulis mirabiliter exornatus: aureum in manu portans thuribulum: cuncta ecclesiæ incensauit altaria. Et hoc facto statim unde exierat rediit: & mox omnis ille splendor eum prosequens apparere cessauit. Cœpit itaq; conuersus Romualdo durus nimirū exactor uehementer insistere: & ut impleret qd' ultro promiserat: anxie postulare. Cumq; Romualdus adhuc resisteret: & eandem uisio

nem cernere denuo flagitaret: alia nocte similiter in oratione persistunt: & beatum martyrem per omnia sicut prius aspiciunt. Vnde etiam postmodum si de corpore prædicti Martyris: aliquando quæstio oriretur: Romualdus penitus affirmabat in ipsa ecclesia esse reconditum. Et quamdiu uir sanctus uixit hoc proferre testimonium non cessauit. Habebat quoq; Romualdus consuetudinem ante præcipuum altare ecclesiæ orationi frequenter incumbere: ibiq; postquam fratres abscederent multis Deum satagebat gemitibus exorare. Dūq; hoc quadam die post uisionem attentius facere tanto mox diuini amoris igne mentem illius spiritus sanctus accendit: ut in fletum repente perrumperet uberes lacrimarum riuos restringere non ualeret: Monachorum se pedibus prostratus aduolueret: tradi sibi monachicum habitum inenarrabili desiderio flagitaret. Monachi uero dum patris eius duritiam metuunt: conuersioni illius aditum pandere non præsumunt. Honestus autem qui tunc Rauēnæ archiepiscopalem cathedram optinebat: olim classensis Cænobii Abbas extiterat. Hunc ergo Romualdus impiger adiit eiq; omne sui cordis desiderium patefecit. Qui alacer factus castæ concupiscentiæ exhortationis stimulos addidit: fratribusq; ut eum suo collegio incunctanter asciscerent imperauit. Huius itaq; patrocinio Cænobitæ suffulti Romualdum intrepida securitate suscipiunt: eiq; sanctæ cōuersationis habitum tradunt. In eo igitur monasterio triennium fere transegit.

Quomodo monachi correpti Romualdum de solario præcipitare uoluerunt. Cap. III.



Ed cum ibi cerneret nonnullos per lata gradiētes remissius uiuere: sibi autem arduam profectionis semitam: quam mens dictabat arripere non licere quid sibi agendum esset

sollicite in semetipso cœpit inquirere: multisq; cogebatur cogitatiõum fluctibus æstuare. Præsumebat autem leuiter cõuersantium uitam dure corripere: & sepe ad eorum confusionem pcepta regulæ in testimonium cõuocare. Cũq; in redarguendis eoꝝ uitiis uehementer insisteret: illi aũt ut iunioris: & nouitii uerba pro nichilo deputarent: tandem hoc obprobrium nõ ferentes dum ppriam emendare uitam despiciũt de corripiẽtis morte tractare cœperunt. Solebat deniq; Romualdus p noctem cæteris fratribus maturius surgerẽ: & si oratorii adhuc ianua clausa eẽt intra ipsum dormitorium in orationibus excubare. Erat aũt pdictũ hedificiũ more solarii alte hedificatũ. Hoc itaq; inuenerũt filii Cain diabolo dictante cõsilium: ut dum Romualdus ante alios solito more cõsurgeret ipsi eum p solarii speculum uerso deorsum capite in terrã pcipitarent. Quæ res postquã Romualdo per cõscium cõspiratiõis innotuit: ille iam decætero ĩtra cordis cubiculũ clauso oris hostio orans patrem suũ: iminens piculum deuitauit. Hoc itaq; mõdum sibi cauit pcipitium corporis fratribus ne inanimatum mortem corruerent baratrum clausit iniquitatis.

¶ Quomodo Romualdus ad Eremum se contulit. Cap. IIII.

CVmq; in eius animo profectiõis amor magis ac magis in dies cresceret: nullamq; mens eius requiem inueniret: audiuit quia in Venetiarum partibus quidam spũalis uir esset Marinus nomine: qui eremiticam duceret uitam. Cõsensu itaq; ab Abbate: & fratribus nimirum facillime impetrato ad prædictum uenerabilem uirum nauigio discurrente peruenit: & sub illius regimine degere humillima mẽtis deuotiõe instituit. Erat autem Marinus inter cæteras uirtutes uir simplicis animi: & sincerissimæ admodum puritatis. Nullo quidem magisterio Eremiti-

cæ conuersationis edoctus: sed ad hanc solummodo bonæ uoluntatis impulsu fuerat incitatus. Porro autem hunc uiuendi morem habebat: ut per continuum anni circulum tribus in ebdomada feriis mediam panis bucellam & pugillum fabæ gustaret: uinum uero & pulmentum tribus discreta sobrietate perciperet. Psalterium quidem per dies singulos totum canebat. Sed nimirum rudis: & nullatenus ordine uitæ singularis instructus: sicut ipse postmodum beatus Romualdus hilariter referebat: plærumq; de cella exiens: una cum discipulis passim per latitudinem Eremi psallendo spatiabatur nunc sub ista arbore uicenos nunc sub illa tricenos: uel quadragenos concinens psalmos. Romualdus autē quia sæculum idiota reliquerat aperto psalterio: uix suorum uersuū notas syllabatim explicare ualebat. Et hæc oculorum nimia defixio intollerabilem sibi opportunitatem accidiæ generabat. Marinus uero uirgam in dextera gerens: Romualdo e diuerso sedenti sinistram capitis partem sæpissime uerberabat. Post multa autē Romualdus graui admodū necessitate compulsus humiliter ait: Magister si placet a dextro me deiceps tpe percute: quia iam leuis auris auditum funditus perdo. Tūc ille tantā eius patientiam admiratus indiscretæ seueritatis temperat disciplinam.

¶ Qualiter Petrus Ursiolus primo dux factus & postmodum sit conuersus. Cap. V.

EOdem uero tempore Petrus cognomine Ursiolus dalmatici ducatus gubernabat habenas. Qui uidelicet ad huius fastigium dignitatis ascendere idcirco meruerat: quia decessoris suis: Vitalis scilicet cādiani peremptoribus fautor extiterat. Cur autem ille a suis extinctus sit non ab re eē arbitror: si seruato compendio breuitatis exponam. In coniugium namq; germanam Ugonis magni illius mar

chionis acceperat: & æmulatione leuiori suadente multos ex longobardiæ: & tusciarum partibus milites profligatis pecuniarum stipendiis acquirebat. Hoc autem Venetiarum accolæ non ferentes: clam iniere consilium: ut repentino impetu ducis palatium armati uiolenter irrumperent eumq; cum omni domo sua more gladii absq; ulla retractatione necarent: huius itaq; conuenticulæ coniuratione comperta Vitalis dux nocturnis diurnisq; uallatus excubiis hostiles insidias ad nihilum redigebat. Illis autem hæc & illa tentantibus: sed ad inceptæ factionis effectum attingere non ualentibus: tandem uisum est: ut domum Petri quæ ducis palatio adiacebat contiguam prius incéderent: istoq; modo & ducem caperent & uniuersa eius domestica concremarét. Istius uero rei experiendæ consensum a Petro qui eorũ consilii particeps fuerat flagitantes: huius tandem mercedis fœdere pacti sunt: ut pro una eius domo quam igne consumerent: totam ditioni illius Venetiam subderent: & deleto illo quem exosum habebant: ducem hunc loco eius protinus subrogarent. Hoc igitur modo Petrus dalmatici regni adeptus est principatum. Qui postmodum ambitionis suæ iam uoluptate potitus respectu diuinæ gratiæ demum corde compunctus est. Quidam autem uenerabilis Abbas Guarinus nomine ex ulterioris galliæ finibus orationis gratia per diuersas mundi regiones peregrinari solitus erat. Hic quoq; adducem ueniens: ab eo protinus ut sibi ad euadédum tanti reatus periculum consilium præberet exactus est. Accersitis igitur Marino: & Romualdo hoc sibi cõmuni iubetur sententia: ut secũdum simul cum ipso quem per nefas inuaserat ducatũ relinqueret: & quia ad alienæ dominationis arcem iniuste proruperat ipse se alienæ potestatis dominio subiugaret. Ille autem homo nimirum in potestate positus: quia conuersionem suam manifeste facere ausus non est: tutum putauit hoc utendum esse consilio. Imminente igitur festiuitate sancti cuiusdam martyris ex cuius uocabulo basilicã impro-

pria possessione adhuc priuatus habuerat: illic pridie uxorem suam præmisit: ipse quasi mox secuturus. Hoc ei præcipiens: ut ornatum ecclesiæ accuratissimum pro uideret & secum uenientibus sumptuosas epistolarum delicias in crastinum præpararet. Ipse aut post coniugem remanens hic de suis thesauris quæ sibi uidebantur Ablatis cum quodam suo familiari iohāne scilicet grandenico: qui præfatæ coniurationis conscius fuerat: & cum tribus illis beatis uiris: quos præposuimus nauē ascendit. Deinde galliam ad Monasterium Abbatis gua rini magnū conuersus aufugit. Petro igitur & Iohanne Monachis in sancti Michaelis Cænobio factis Marinus & Romualdus non longe a Monasterio degentes: ad singularem uitam qua assueti fuerant reuertuntur. Quibus etiam ipsi iam dicti fratres: peracto uix annuo spatio ad perferendam eiusdem solitudinis districtiōem aggregati sunt.

¶ Qualiter Romualdus unno anno de pugillo ciceris p diē & tribus annis de sua agricultura uixit.

Cap. VI.

INterea Romualdus accenso mentis desiderio cæpit de uirtutibus in uirtutes mirabiliter crescere: reliquos fratres sanctæ conuersationis gressibus longius anteire. Vt iam quicquid inter fratres: siue de spūalibus: siue etiam de corporalibus ipse decerneret cūctis uolentibus eius omnino sententia præualeret. Ipse quoq; Marinus gaudebat Romualdo eē deuotus: cui nuper fuerat ipse prælatus. Per cōtinuum quippe annum Romualdus nihil aliud in cibum habuit: nisi tātum per singulos dies ex uno pugillo elixi ciceris uixit. Tribus uero annis ipse & Ioānes grandenicus sarculis terram frangentes: & triticum seminantes ex manuum suarum labore uixerunt. Qui nimirum dum agriculturam exercebant pondus ieiunii duplicabant.

ℭDe diuersa pugnā diaboli quā substinuit. Cap.VII.


Mpugnabat tamen diabolus Romualdum multis & uariis temptationum immissionibus maxime in initio conuersionis: mentemq; eius per multa uitiorum incentiua raptabat: modo illi in memoriam reuocās: quæ & quāta: ut puta uir strenuus in sæculo acqrere potuit: modo quæ ingratis propinquis: nec dum post se concupiscibiliter hereditanda reliquit. Modo parua nimis: & nullius meriti esse quæ faciebat accusabat. Modo tanti laboris horrorem incutiens lōgæ uitæ spatium promittebat. O quā sæpe cellulam eius percutiens eum cum adhuc uix obdormisceret excitauit: & quasi iamiam īminente crepusculo per totam noctem uigilando deduxit. Per continuum ferme quinquennium super pedes eius & crura diabolus nocturno tempore iacuit: & ne huc illucq; se facile uerteret typo phantastici ponderis aggrauauit. Quis explicare ualeat: quot frementes uiciorum bestias pertulit: q̄ sæpe præsentes iniquos spiritus durissimis increpationibus effugauit? Vnde etiam si fratrum aliquis silentii tempore cellam eius qua uis necessitate compulsus adiret statim miles Christi paratus ad pliū solito more ipsum esse existimans diabolum claris uocibus increpabat dicens. Quo tendis modo turpissime? Quid tibi in eremo de cœlo deiecte? Recede canis īmūde euanesce coluber ueternose. His igitur & huiusmodi uerbis declarabat se cū malignis spiritibus in acie semper assistere: & fidei se armis accinctum prouocantibus hostibus in campum protinus obuiare.

ℭVnum genus uitæ Romualdi & de penitētia Petri ducis & profetia eius. Cap. VIII.


Ontigit autem ut librum aliquando de uita patrum legens in illum locum incideret: ubi continetur: quia quidam fratres per continuam ebdomadam singulariter ieiunantes sab-

batorum die pariter cōuenirent ipsoq; & dominico die ieiunii rigorem interponerent:& remissius uictitarent. Quem uiuendi ordinem statim Romualdus arripuit: & in eo quindecim fere annis: uel eo amplius continua austeritate permansit. Petrus autem dux: qa multis educari deliciis solitus fuerat: iamiam sub tam districti ieiunii pondere succumbebat. Vnde se ad pedes beati Romualdi humiliter strauit: iussusq; ut surgeret necessitatem suam cum uerecundia coactus innotuit. Pater inqt quia magnū corpus habeo pro peccatis meis ex hac paxematii medietate sustentare me non possum. Romualdus igitur fragilitati suæ pie compatiens cōsuetæ mēsuræ paxematii quadram superaddidit:& sic labēti iā fratri ne omnino deficeret misericordiæ manum tetendit:& ad peragendum bene uiuendi iter quod cœperat confirmauit. Hunc filius sibi æquiuocus uir ualde secūdum sæculum prudens: aliquādo uisitauit cui pater nescio utrum prophetiæ spiritu seu reuelatione aliqua q̄q; sibi essent euentura prædixit. Noui inquit fili mi procul dubio: quia ducem te constituent & prosperabis. Tu tantūmodo satage: ut ecclesiis Christi sua iura cōserues & erga subditos alicuius amore uel odio a iusticia non declines.

Aliud genus uiuendi Romualdi. Cap. IX.

POst hæc autem Romualdus iterum legens: qa sanctus Siluester urbis Romæ episcopus sabbatorum diem ieiunandum esse: ut reuera sancti Paschæ uigilias instituerit: mox remissionem sabbati in quintam Feriam commutauit:& sic infirmorum imbecillitati consulens longum ieiunium discretione habita facilius reddidit. Hāc nimirum uiuendi regulam cunctis sectatoribus singularis uitæ p̄figens ut tūc se unus quisq; eremiticæ uitæ ieiunium tenere cognoscat: si per ebdomadam triduanas & biduanas ieiunando: quinta Feria & dominicis diebus holera

uel quodcūq;

uel quodcunq; liquamen cum gratiarum actione per cipiat. Exceptis uidelicet duabus anni quadragesimis in quibus non solum ipse sed & plæriq; sui discipuli totius ebdomadæ soliti erāt continuare ieiunium. Et certe satis congruum erat: ut qui Deum in choro laudare semper studebat & tympano præcipuas modulationis armonicæ consonantias diapason uidelicet & diapente atq; diathessaron iugiter in aures incircū scripti luminis p̄sonaret. Ieiunare autem omnino nō est dié sine ullo cibo transigere. Dicebat enim ad perfectionem tendenti hoc adsumme congruere ut cotidie commedat: & semper esuriat: quatenus hoc caro per cōsuetudinem leuiget: qđ graue nouitiis initio conuersionis apparet. Paruipendebat autem siqs ad tempus magnum quid incipere si non etiam in eo longanimiter perseueraret. Vigilias uero temperate & cum magna discretione faciendas: maximæ suadebat ne cui fortasse contingeret ut sopori peractis nocturnis officiis consentiret. Sane huiusmodi somnum uir sanctus in tantum habebat exosum ut siquis ei cōfiteretur post duodecim Psalmorum uigilias uel maxime circa diluculum obdormisse: nequaq̄ posset eo die cum eius licentia sacra missarum solēnia celebrare. Dicebat etiam melius esse si possibile sit unū psalmum ex corde: & cum cōpunctione cantare: q̄ cētum cum mentis fabulatione percurrere: cui autē hæc gratia pfecte data nō esset hortabať tñ nequaq̄ despare nequaq̄ uel ab ip̄a corporali exercitatōe tepescere donec ipse qui uoluntatem dedit: tribuat ēt aliquādo facultatē. Tantūmodo orationis incensum mentis intētio in Deum semel fixa custodiat: qđ exterius ueniens cogitationum dura perturbat. Vbi enim est intētio recta contra uoluntatem cogitatio ueniens: nō est nimium formidanda.

De comite qui uaccam rapuit & eam cōmedendo necatus est. Cap. X.



Vodam uero tempore: dum adhuc in Galliæ finibus moraretur familiaré sibi quendá hébat agricolá: q sibi & utensilia: qbus in cella opus est: aliquádo faciebat: & siqd ei oportunum esset ditior charitate q̃ rebus de suæ paupertatis inopia hilariter ministrabat. Huius uaccá comes quidá superbus & tumidus missis parasitis impetu barbarico rapuit eiusq; carnes præparari sibi ad prádium cum magnæ gloriæ auiditate præcepit. Ecce aút rusticus cellá Romualdi festin⁹ aggreditur iacturæ suæ casum clamosis ululatibus uociferatur: spé suá & suæ domus ablatam esse conqueritur. Sanctus itaq; Romualdus ad eundé comitem cócito gradu nuntiú dirigit: & ut pauperi suum animal reddat humillima supplicatione deposcit. Cuius preces lubricus comes proteruo spú respuit: & qué saporem crassi uaccæ lúbi potuissent habere: quia ipso die esset gustaturus asseruit. Adueniente autem hora prandii apposita mésa uaccæ carnes allatæ sunt: & diuinæ ultionis iam imminente sententia in ipso edendi initio comes frustrú bouini renis abscidens sibi in os misit. Quod repente illius gutturæ tam immobiliter adhesit: ut nec ad interiora descendere nec foras eici conatibus ullis potuisset. Sicq; inter suorum manus intercluso spiraminis aditu terribili morte necatus est. Et unde cótra Dei seruum concupiscentiam carnis explere ad saturitatem uoluit inde iusto iudicio carnalé uitá adhuc ieiunus amisit.

¶De Olibano cóuersionem promittente. Cap. XI.



Lius quidá comes Olibanus nomine in eisdem Galliarum partibus erat sub cuius iure monasteriú quoq; prædicti Guarini abbatis fuerat positú. Qui sublimi quidé culmine terrenæ potestatis erectus: sed in multis erat peccatorum molibus aggrauatus. Hic aliquádo Romualdum gratia uisitationis adiit: & cæteris extra cellulam

manentibus solus cum solo gestorum suorum seriem narrare quasi per confessionem cœpit. Cui uir uenerabilis Romualdus his quæ ab eo referebantur auditis: respondit aliter eum non posse saluari: nisi mundum relinqués ad monasterium conuolaret. Comes autem mox mente turbatus ait. Quia uidelicet sui spirituales uiri: qui eius acta cognoscerent: nequaq̃ ita sentirent: neq; tam intollerabilem rem sibi aliquando suaderent. Ascitis itaq; episcopis & Abbatibus qui secum uenerant: cœpit in commune: si ita res se haberet sicut seruus Dei testabatur. Illi autem beati Romualdi sententiam omnes una uoce confirmát: se autem id comiti eatenus non dixisse terrore cõstrictos excusant. Tũc comes semotis omnibus hoc cum beato Romualdo secreto ualde consilio pepigit: ut ad Cassinum montem sub prætextu orationis pgeret & in monasterio sancti Bñdicti diuino seruitio irreuocabiliter se máciparet.

De Sergio ad sæculum reuerti uolente. Cap. XII.

INterea Sergius pater Romualdi mõachus efficitur: sed aliquanto post diabolo suadente sanctæ conuersionis pœnitens in ægyptum redire conatur. Quod protinus monachi Cænobii uidelicet scĩ Seueri qđ nõ lõgius ab urbe Rauenná est positum: ubi corpore non corde Sergius habitabat. Beato Romualdo indicare per nuncium studuerunt. At ille sinistra relatione perculsus necessarium esse decreuit: ut Guarinus abbas: & Ioanes grãdenicus una cum comite ad eius conuersionem pergerent: ut ipse pereunti patri quátotius subueniret. Petrus autem dux extremum iam feliciter clauserat diem. His itaq; duobus comitem in eorum fidem commisit utiq; quidem: sed Ioanni præcipuæ qui ei subditus erat per obedientiam specialiter mandans: ut etiam si Guarinus abscederet: ipse nunquam se a comite separaret.

ℭ De prudentia Romualdi: & labore itineris: & disciplina in patrem. Cap. XIII.

AVdientes autem illius religionis incolæ: qa Romualdus abire dispōeret nimio mœrore turbati sunt. Et tractantes inter se qualiter ab hac illum intentione reprimerent: hoc illis tandem potissimum uisum est: ut eū missis interfectoribus: impia pietate perimerent. Quatenus quia eum non poterant retinere uiuentem: saltem haberent pro patrocinio terræ uel cadauer exanime. His uero cognitis Romualdus caput suum undiq; decaluauit: & huius rei executoribus cellulæ eius iā appropinquantibus primo fere diluculo cōmedere quasi per auiditatem cœpit. Illi autē hoc uidentes dementiā crediderunt: & arbitrantes mentem lesam eē: corpus ledere dedignati sunt. Sic uidelicet sicut prudens spūalis deinde insania stultam carnaliter sapientium superauit astutiam. Nam & uolentes peccare cohibuit: & ad meritorum suorū cumulum sine mortis formidine: declinauit mortis periculum. Deinde iam libera uti facultate permissus: non equo fultus: nō uehiculo deportatus: sed solū baculū manu ferens: nudis plantis ex intimis galliarum finibus Rauennam usq; puenit. Ibiq; patrē ad sæculū reuerti uolentē reperiens: in ligno pedes eius fortiter strinxit ligauit: & tam diu corpus eius pia seueritate perdomuit: donec eius mentem ad salutis statum deo medente perduxit.

ℭ Quō Sergius uidit spiritūsanctū. Cap. XIIII

SErgius igitur talem sanæ mētis recepto cōsilio: qcqd prius retrograda uoluntate deliquit multipliciter postmodum reassumptis sanctæ conuersationis gressibus emēdauit. habebat deniq; inter cætera consuetudinem ante quandam Saluatoris imaginem frequenter assiste-

re:ibiq; peculiarius orãs uberrimis lacrimis: & multa se cordis contritione mactare. Quadá igit̃ die dum ibi attentius in oratione p̃sisteret (noua res & nr̃is temporibus inaudita) repente sibi nescio qua spẽ spũs sanctus apparuit. Qui p̃rinus a Sergio qs esset interrogatus manifeste q̃ ipse esset spũs sanctus asseruit: & subito quasi ptransiens ab oculis se aspicientis disparuit. Statim in ectasim raptus: atq; ei⁹ quẽ uiderat igne succensus: cœpit per claustrũ monasterii post eũ uelociter currere: fratresq; q illic aderãt magno feruoris impetu quo spũs sanctus abisset interrogare. Illis aũt in insaniam eũ cecidisse putantibus: atq; illũ dure corripientibus asserebat Sergius se spũm sanctũ absq; ulla dubietate uidisse: & ante suũ conspectum uisibiliter ptransisse. Qui statim langore correptus lecto decubuit: & intra paucos dies felici cõsumatione uitã finiuit. Hinc sane p̃batur: qđ diuina uoce ad moysen dr̃. Non uidebit me homo: & uiuet. Hinc Daniel cũ non Deum: sed uisionem Dei cõspexisse diceret addidit. Elangui & egrotaui per dies plurimos. Recte igit̃ Sergius postquã æternam uitã quæ Deus est: cernere meruit: a temporali mox uita defecit.

De crure Ioãnis p̃pter inobediẽtiã fracto. Cap. XV.



Olibanus aũt comes sua relinquens filio cũ multa diuitiarũ copia qndecim honustis thesauro saginariis: comitantibus eũ Guarino Abbate & Ioãne & ipso quoq; Marino ad beati Benedicti se monasteriũ contulit: & Valedicens his q secũ uenerant: nil tale usq; tũc suspicantes: multis gemitibus & amaris se fletibus affligentes: ad p̃pria remeare coegit. Marinus aũt paulopost apuliã uersus abiit: ibiq; postmodũ in solitudine habitãs: ab agarenis est latrũculis interfectus. Breui post tp̃e guarinus orationis cã discurrere solitus: & Ioannis fratris exẽplo ad idẽ religiõis officiũ p̃uocatus hierosolymã

cōmeare pari cōsilio decreuerunt. Hoc igitur Olibanus cognito tristis & flens obsecrare deuotissime cœpit: ne se uiolata fide desererent; sed sicut beatus Romualdus præceperat in Dei illū seruitio custodirēt. Addens ēt. memēto tu saltē Ioannes qa magister tuus in tua me ꝑpensi⁹ fide cōmisit & titulū tibi inobediētiæ si discedis opposuit. Ille aūt obstinatæ intentione in ꝑposito persistentes relicto tandē Olibano peregrinationis iter arripiunt. Cūq; descendentes de monte iam in cāpestria declinassent figentes se loco necessarium aliqd inter se tractare cœperunt. Et in iter agēdū subito Guarini equus furioso rotatus impetu in aliam partem sessorem deuertit: & Ioānis tibiam ferrato calce percutiens fregit. Qui ilico ad terrā nimio dolore prostratus iam sero memor magistri præcepta ad mentem reuocat: & se perfidum: & se inobediētiæ reum uerbis publice cōfessionis accusat. Infracto namq; crure didicit: quia fidem frangere peccatū fuit. Et quia ipse rationis capax magistro inobediens extitit ad incolumitatis suæ custodiam irrationale animal sessori obedire nesciuit. Deinde illuc unde uenire cœperat rediens cellam sibi ædificari prope monasterium petiit: ibiq; per triginta fere annos quādiu uixit in sancta conuersatione permansit. Multa in eo charitas: mira: humilitas. Abstinentia uero districta nimis & cauta: ita ut nec infra claustrum monasterii quisq̄ sciret uir sanctus qualiter ieiunaret. Inter reliqua autem uirtutum dona ita exosum habebat detractionis uicium quatenus mox ut quis ad detrahendū os aperiret: uelut sagitta uigore lapidis repercussa in dirigentem protinus redundaret. Post eius uero obitum nōnulla per eum miracula diuinitus facta sunt.

¶ De Romualdo a demonibus percusso.

Cap. XVI.



Omualdus autem post patris correptioné in palude classis cellam figens in loco qui post Petri dicitur habitauit. Postmodum uero non corporis egritudinem metuens: nõ fetoris nauseam perhorrescens: sed ne imbecillitatis occasione q̃tumlibet se ab abstinentiæ rigore remitteret ad classis itidem prædiũ ubi est ecclesia bti Martini q dicit̃ in silua migrauit. Ibi uero quadã die dum cõpletoriũ caneret: quia antiquũ illic cymiteriũ fuerat: ut sæpe fit subito ex huiusmodi recogitatio incidit: moxq; eius animũ magnus phantasticæ illusionis horror inuasit. Cunq; hoc crebrius in mente reuolueret ecce maligni spũs repẽtino impetu cellam eius ingressi ꝓtinus illum in terram sternunt immani eum cæde conficiunt: & exaustis lõgo ieiunio mẽbris durissimos ictus illudunt. Tandem Romualdus inter ipsa percussionum uerbera respectu diuinæ gratiæ uisitatus i hãc uocem erupit. Charæ Iesu: dilectæ Iesu: quare me dereliq̃sti: Nunq̃d oĩno me in manibus inimicoꝝ tradidisti. Ad hæc oẽs iniqui spũs diuina uirtute fugati sunt. Et cõtinuo tanta diuini amoris cõpunctio Romualdi pectus accẽdit: ut totũ cor eius in lacrimis quasi cæra liq̃sceret: & de tot allisiõibus sauciati corporis nihil sentiret: mox san᷑ Romualdus de terra surrexit: & licet ĩpediente adhuc sanguine ad eundẽ uersum psalmi quẽ reliquerat rediit. In ingressu quippe dæmonũ fenestra cellulæ in frontẽ illius cecidit: in q̃ manifesta postmodũ cicatrix occaluit: q̃ euidens uulneris indiciũ: q̃diu uir sanctus uixit ostendit.

¶ De iniquis spiritibus: qui sibi uelut diræ uolucres apparebant. Cap. XVII.



Am igitur miles Christi assueto bello robustior: studebat quotidie ad maiora perficere de uiribus in uires crescere: & semper semetipso fortior: nullas iam poterat

eneruati hostis insidias formidare. Sæpe enim sibi in cella residenti uelut teterrimi corui: uel uulturis iniqui spiritus uidebantur assistere: & quasi ad custoditum animalis cadauere: quia non audebant accedere cogebantur eminus spectare. Sæpe se in figuris ethiopum: sæpe se per diuersoꝝ animalium spẽs ostendebant. Quibus clarus xp̃i triũphator insultabat dicẽs. Ecce paratus sum. Venite & siq̃ in uobis sit uirtus ostẽdite. Nunquid iam oĩno defecistis? nunq̃d iam uicti estis: & aliquas contra Dei seruulum certandi machinas non hẽtis? His deniq; et hmõi uerbis cõfundẽs iniquos spũs: confestim eos uelut missis totidem iaculis effugabat. Videns ergo diabolus: quia ꝑ semetipsum contra Dei famulum præualere non posset: ad callida argumẽta cõuersus: quocũq; uir sanctus ibat: discipuloꝝ eius animos aduersus eũ in malitiã excitabat. Vt quia retentari eum ab accenso sui feruoris impetu impossibile erat: saltem ab alienæ salutis cura cõpesceret. Et quia ipse ab hoste superari minime posset ex aliis uictoriam non negaret.

¶De monachis Romualdum uerberantibus a diuina ira percussis. Cap. XVIII.



Liquando nãq; ad locum qui balneum dr̃: qui uidelicet in saxenati cõstitutus est territorio transiit: ubi ẽt non pauco tpe commorans: monasterium ad beati archangeli Michaelis honorẽ cõstruxit: a quo non lõge cellam habitaturus intrauit. Illuc aũt Vgo marchio. septẽ sibi pro necessitate nũmismatũm libras: quas ille ut bene ꝑdigus misericorditer dispẽsaret accæpit. Audito itaq; ꝙ mõasteriũ palatioli fuisset igne cõsumptũ. lx. solidos de p̃dicta pecũnia ad adiutoriũ direxit: reliq̃ aũt ut i simile opus expẽderet reseruauit. Cognito hoc monachi sancti Michaelis belluino aduersus eũ furore cõmoti sunt. Tũ q̃a prauis eoꝝ moribus cõtrari⁹ iam in

multis extiterat: tũ qa q̃ illi deferebãť:nõ eis oĩa:sed quædã aliis impendebat. Facta igiť cõspiratione unanimiter cellã eius cũ fudibus & falãgis irrũpunt: uerberibus eũ afficiunt. Direptis oĩbus turpiter dehonestatũ de finibus suis expellũt. Cũ itaq; sic eliminatus abiret & nimia tristitiæ uis in mẽtis eius interiora descẽderet: hoc apud semetipsum deliberat: ut iam decætero sua cõtẽtus alienæ salutis curam oĩno postponat. Postea uidelicet tãtus aĩum eius terror inuasit: ut si in eo qđ mente cõceperat obstinate ꝑsisteret perriturum se dãnandũq; diuino iudicio nullatenus dubitaret. Monachi aũt cõpotes diu desideratæ ultionis effecti: & quasi ꝑiecto graui onere leuigati: hoc qđ in dei famulũ egerãt multis inter se laudibus efferũt: & in ĩmoderatũ se ludũ: atq; cachinnũ lætitia lenocinante resoluũt. Deinde ẽt ut tanti gaudii solẽnitatem quodãmõ iocundissimã faciant sumptuosas delitiarũ copias sibi ad cõuiuiũ parãt. Erat uero hyems tunc quæ nõ solum uicissitudine tẽpoꝝ: sed frigidis quoq; eoꝝ mẽtibus aptissime cõgruebat. Vnus aũt ex eis qui in beatissimũ Xp̃i militẽ sæuior fuerat mel acqrere undẽ mulsum ꝑ plãtibus faceret satagebat. Cunq; sapin fluuiũ hoc studio trãsmearet offendentibus in plantas pedibus subito deiciť & fluuiali uoragine funditus absorbente raptus extinguiť. Iusto dei uidelicet iudicio: ut turbida illũ aqua satiaret ad mortẽ: qa in eo qđ deflere debuerat mellis dulcedinem ad uitæ cõcupierat uoluptatẽ. Nocte uero dum oẽs ex more quiescerent descendente crebra niuiũ multitudine repẽte oĩs ædificii sup eos fabrica corruit: & alteri caput: alii brachia: alii crura: uel qlibet alia mẽbra cõtriuit. Vni ẽt eoꝝ oculus euulsus est. Et merito diuisionẽ corporeæ lucis ꝑtulit: q diuisus a proximo ẽt si alterũ haberet geminæ charitatis unum lumen amisit.

¶ De iussione sancti Apolenaris ad Romualdum.
Caput. XIX.



Liquãdo aũt uir sanctus non longe mãsit a catria. Cũq; ibi aliq̃diu moraretur: manifeste sibi beatus Apolenaris apparuit: & q̃tenus ad suũ monasteriũ pergeret ibiq; potius habitaret: ex magna auctoritate præcepit. Quod uir sanctus nequaq̃ negligendũ ducens: locũ in quo morabaẽ sine cũctatione deseruit: & quo missus fuerat impiger festinauit.

¶ De habitatione eius in origario. Cap. XX.



Nclusus est etiã quodam tpe uir uenerabilis in palude cõmiadensi: quæ dicit' origarium. Vnde postmodũ præ nimio palustris ceni fetore: & corrupto aere: ita totus tumefactus: & depilatus exiit: ut nequaq̃ eadẽ quæ inclusa fuerat spẽs uideret'. Nam & ea rõ eius ita tenuis erat: & uiridis: ut uir stellioni discolor appareret.

¶ De cella incẽsa: & p orationẽ extincta. Cap. XXI.



Lioquoq; tpe in palude quæ pereũ dr habitauit: quæ uidelicet palus a Rauẽna. xii. fere miliaribus distat. Ibi uero dum in cella cũ quodã uenerabili uiro suo nimirum discipulo Guillelmo noĩe moraret': angusti parietes habitaculi repente flãma corripuit. deinde ad alta cõscẽdens dñari p tecta liberis iã uiribus cœpit. Protinus uir scũs ad solitæ defensionis argumẽta cõfugiẽs nõ quæ erant reposita foras extrahere: nõ ut mos est tecti sindulas dissipare. nõ aquaꝶ abundantiã spargere: nõ ullis impulsus est ad extinguẽdos ignes nisibus anhelare: sed solũmodo orationẽ fudit: & confestim stridentes igniũ globos diuina uirtus extinxit.

¶ De rege hospite Romualdi: & qa abbatiã suscepit. Cap. XXII.



Odem uero tpe iunior Otto impator classensem abbatiam ordinare desiderás:optioné fratribus dedit:ut qué ipsi uellét indubitanter eligerent. At illi cõtinuo unanimiter expetũt Romualdũ. Impator aũt diffidés beatũ uirũ ad regiá aulam euocari posse p nuntiũ ire ad eũ p semetipsum uoluit:& ad cellam eius sole iá occidéte pueńit. Cui Romualdus: qa magnũ hospité i pua domo suscepat lectulũ suũ ad qescendũ dare dignatus est. Coopertoriũ tñ rex noluit: qa asperrimũ iudicauit. Mane aũt facto rex eũ secum ad palatiũ duxit: tandéq; sibi instare ut abbatiá suscipet multis pcibus coepit. Qui cũ reluctaret:& regis petitioni assensum penitus denegaret: Rex aũt ecõtrario excõicationem & anathema ab oibus epis:& toto sinodali cõcilio minaretur: tandé iminenti necessitate succubuit: & aíax regimen coactus accepit. Referebát tñ hoc sibi nequaq̃ uideri nouum: sed ante qnquenniũ sibi fuisse diuinitus reuelatũ. Regebat itaq; monachos sub districtæ regulæ disciplina neq; alicui ab ea declinare impune licebat. Non deniq; nobilis nõ lris eruditus: pactus illicitos in dextrá: leuáq; parté deflectere: uel a rectæ cõuersationis audebat tramite deuiare. Vir deniq; sctũs cordis oculos in cœlum figens: ut Deo in oibus obtemperaret nõ timebat hoibus displicere. Hoc aũt subiecti fratres sero considerantes: semetipsos prius accusant: quia hunc sibi præesse popoścerát. Deinde multis eum detractionum susurrationibus lacerant & duris scandalorum aculeis uexant.

De abbatia dimissa:& pace inter regem & tiburtes facta. Cap. XXIII.



Omualdus itaq; uidens & suam perfectionem aliquatenus minui: & illorum mores procliuius in deteriora conuerti: regé impiger adiit:& eo non leuiter reluctáte:


una cum episcopo Rauennati in utriusq; cōspectu uirgam proiecit & monasterium dimisit. Porro autē rex tyburtinam ciuitatem: tunc obsidebat. Ciues enim inclytum eius ducem Mazolinum nomine interfecerant: ipsum quoq; regē correptis armis de suis exturbarunt mœnibus. Vnde non dubium est beatum Romualdum ex diuina prouidentia missum: qui imminēs tot animarū piculū sequestra pace deleuit. Hoc etenim inter eos pactus est: ut Tyburtes ad honorem regis muros pariter diruerent obsides darēt: ducis uero interfectores ad eius matrem catenatos dirigerēt. Quæ sancti Viri fusis ad deum pcibus mitigata crudeliter offensa: & crimen indulsit: & incolumes ad ꝓpria redire permisit.

De sancto Venerio. Cap. XXIIII.

Fecit quoq; uenerabilis uir apud tybur aliū boni operis fructum quē silentio ꝑtereundum esse nō arbitror. Quidam nāq; beatus uir Veneri⁹ nomine habitare primitus in monasterio cœpit cū tanta humilitate: & simplicitate ut illum fratres subsannando despicerent: & delirū: eum atq; de mentē esse putarent. Alii nāq; illū sæpe colaphizare: alii sordida qua lebetes lauabant aq̄ ꝑfundere: alii diuersis illū solebant cōuicioꝝ iurgiis lacerare. Cūq; ille ꝑpēderet: inter tot aduersa tranqllum statū suæ mentis seruare nō posse: cōsortiū deserens: in solitudinē fugiens properauit. Vbi ꝑ sex ānos absq; uino: oīq; pulmēto sub nimiæ districtiōis ariditate ꝑmansit. Hūc itaq; Romualdus audita eius fama uisitare curauit. Quem interrogans sub cuius regimine degeret: cuiusue arbitrio suæ conuersationis obedientiam exhiberet: respondit se alieno solutum imperio: hoc sequi qđ sibi utilius uideret. Cui Romualdus ait: si crucem xp̄i portas superest ut xp̄i obediētiā nō relinquas. Vade igit̃ & cōsensu a ꝓprio abbate su-

scepto reuertere : & sub eius dominio humiliter ui-
ue. Quatenus sacri operis ædificium qđ bona uolun-
tas ædificat humilitas exigat: obedientiæ uirtus extol
lat. Hæc & multa alia ædificationis monita proferés:
docuit eum qualiter cogitatióibus suis resisteret: qua
liter posset iniquorum spirituum infestationibus re-
pugnare: & ita confirmatum: & instructum in multa
eum alacritate reliquit. Ille igitur sancti Viri docu-
menta gratanter impleuit: Abbatem suum protinus
adiit: consensum accepit: & ad dilectam solitudinem
quantocius remeauit. Volens autem in possessióem
sui monasterii habitare ascendit in quoddam saxum
nullis hominum uestigiis peruiũ : & ab humana pe-
nitus conuersatione remotum. Ibiq; quattuor annos
omni humano solatio destitutus singulariter habitás
exceptis tribus buccellis: quas de Mõasterio secũ de-
tulerat: non panem comedit: non uinum bibit: non co
ctum aliquid omnino gustauit: sed solis arborum po
mis: & herbarum radicibus uixit. Erat autem in eodé
saxo quædam concauitas: ubi colligebatur aqua hie-
me ex qua uir sanctus tota uiuebat æstate. Tádem ue
ro cognito ꝙ ibi seruus Dei moraretur cœperũt ad
eum multi confluere: ciborum alimenta deferre : &
quæq; sibi quasi necessaria ministrare. Quorum ille
nullius indigens cuncta pastoribus pecorum : & aliis
indigentibus exhibebat. Exortante auté loci episcopo
basilicam ibi fieri & consecrari permisit. In qua ipse
post aliq̃to tempore defunctus est : & a qbusdam cõ
quærentibus inuentus est: accliuis ante altare quasi cã
orationis in cubitis: & genibus iacens. Vbi nonnulla
per eũ dominus miraculoꝝ signa operari dignatus ẽ.
Sic deniq; sicut bõa terra uberes fruct⁹ reddidit: q̃ uer
bi semé ex ore Romualdi multiplicatura suscepit.

De Tamo & religione regis Ottonis.
Cap. XXV.





Pud præfatam urbem conuertit beatissi-
mus uir Romualdus tam inũ noie qdẽ teu
tonicum: qui sicut dicitur intantum regi fa
miliaris: & car⁹ extiterat: ut utriusq; uestes
utrũq; cõtegerent: & ambo℞ una parapsis cõi sæpe cõ-
uiuio sociaret. Crescentius nãq; senator Romanus in-
dignationem regis incurrens in mõte qui dicitur san-
cti angeli confugium petiit: & quia munitio inexpu-
gnabis est obsidente rege ad defendendum se fidu-
cialiter pparauit. Cui Tamus ex pcepto regis iurisiu-
randum seueritatis præstitit: & ita ille decæptus ãni-
tente Papa qui sibi inimicus erat quasi reus maiesta-
tis: capitalem sententiam subiit. Cuius uxorem postea
impator in concubinam accepit. Quia igitur Tamus
& fraudis conscius & periurio tenebatur obnoxius id
circo a beato Romualdo iussus est relinquere sæcu-
lum. Qui mox a rege licentiam expetens non modo
facilem repperit: sed nimis etiam alacrem fecit. Erat
enim prædictus Tamus Monastico ordini ualde be-
niuolus & nimia circa dei famulos affectiõe deuotus.
Ipse etiam Rex eodem crimine beato uiro confessus
pœnitentiæ causa nudis pedibus de Romana urbe p-
grediens: sic usq; garganum montem ad sancti Micha
elis perrexit ecclesiam ac per totam quadragesimam
in deassensi mõasterio beati Apolenaris paucis sibi ad
herentibus mansit. Vbi ieiunio & psalmodiæ put ua
lebat intentus cilicio ad carnem indutus: aurata desu
per purpura tegebatur: lecto etiam fulgentibus pal-
liis strato ipse in storia de papiris cõpacta tenera de-
licati corporis membra tegebat. Promisit itaq; beato
Romualdo: ꝙ imperium relinquẽs monachicum su-
sciperet habitũ: & cui ĩnumeri mortales erant obno-
xii iam ipse pauperculo Christi subiectus cœpit esse
debitor sui.

¶ Quod Romualdus apud cassinũ egrotauit deinde
ad pereum uenit. Cap. XXVI.

Romualdus igitur cũ eo quẽ pdiximus Tamo & cum Bonifacio uiro clarissimo quẽ nunc felicissimum martyrẽ se hr̃e russiana gloriatur ecclesia & cum aliis cõuersis teutonibus a Tyburis oppido ad mõasteriũ sancti benedicti qđ in cassino constitutũ est monte deuenit. Ibi nempe grauiter infirmatus est sed cito ex diuina miseratione conualuit. Habebat aũt equũ satis egregiũ: quem sibi Busclaui scauonici regis filius factus ab eo monachus dederat. Hũc uir sanctus Humilitatis studio pmutauit: & lucroso eũ cambio asinum laudabilis negociator accepit. Nimio quippe Redẽptoris nostri desiderio qui asellæ tergo consederat uir uenerabilis hoc ipsum animal libentius equitabat. Cum his igitur omnibus supius nominatis Romualdus ad pereum: ubi dudum habitauerat rediit. Ibi deniq; his & aliis multis fratribus aggregatis: & per cellas singulas constitutis tanto feruore eremiticæ conuersationis rigorem: & in se & in aliis tenuit: ut illoꝝ uita omnibus ad quos fama illorum puenire poterat mirabilis haberetur. Quis enim non obstupesceret: qs non ĩmutationẽ diuinæ dexteræ pdicaret? cũ uidisset prius homines sericis ĩmo deauratis uestibus indutos crebris obsequentium cuneis obstipatos: omnium deliciarũ affluentiis assuetos: nunc eos cerneret uno birro contentos: inclusos: discalciatos: incultos: & tanta abstinẽtiæ ariditate cõtritos. Faciebãt aũt opa manuũ: alii. s. coclearia: alii nebãt: alii retia nectẽbant: alii cilicia.

De Bonifacio martyre. Cap. XXVII.

Quorum tamen omniũ uitã beati Bonifacii conuersatio longius transcendebat. Hic deniq; regi fuerat cõsanguineus: & ita carus: ut rex illũ nõ alio uocaret noie: nisi anima mea. Erat autem apprime liberalium artium doctrinis instructus maximeq; in modulationis musicæ stu

diis approbatus. Hic itaq; cum in cappella regia mo-
raretur: uidés ecclesiá antiq martyris Bonifacii: mox
exéplo sui equoci ad martyrii desideriú ꝓuocatꝰ ait.
Et ego Bonifaciꝰ uocor: cur ergo ét ipse xpi martyr eẽ
non debeo? Deinde quoq; iam Monachus factus tan-
ta se abstinentiæ frugalitate constrinxit: ut sæpe do-
minicis diebus: & quinta tantum feria per ebdomo-
dam manducaret. Non linquam si urticarum uel ét
ueprium cerneret densitatem illuc se proiciens uolu-
tabat. Exquo cum quidam frater aliquando eum cor
riperet dicens: Hypocrita quare hoc ad captandos po
pulares aure rumores coram omnibus facis? Nihil
aliud respondit: tui sint confessores mei sint Marty-
res. Cum uero post diuturnam Eremiticæ conuersa-
tionis uitam ad prædicandum ire disponeret: Romá
prius pergere studuit: & ab Apostolica sede consecra
tionem accepit Archiepiscopatus. Retulit mihi senex
quidam Monachus: qui eum comitatus de Rauennæ
finibus fuerat: quia in toto illo itinere uir uenerabilis
cum omnibus quidem qui eum sequebátur pedester
ibat: sed ipse iugiter psallens: & cæteros longe præce-
dens nudis semp pedibus incedebat. Pro labore qui-
dem itineris quotidie commedebat: sed per singulos
dies de medio pane: & aqua uiuebat in diebus festis
ignoto uidelicet omni liquamine: cotidiáo uictui po-
ma quælibet: uel herbarum radices addebat. Postq̃
autem consecratus est quotidie obseruabat & Mona-
sticum pariter: & Canonicum ordinem in celebrádis
horarum officiis. Cum uero iam ultra montanos pe-
teret fines equo quidem uehebatur: sed Venerabilis
Pontifex: sicut dicitur nudis cruribus semper & plan
tis adeo intollerabilem frigidissimæ regionis tolle-
rabat algorem: ut uolens descendere uix pedé a sub-
herente ferro disiungeret: nisi aqua prius calida sub-
ueniret. Ad gentiles autem postremo perueniens cum
tanta cœpit feruidi pectoris constantia prædicare: ut
iam nullus ambigeret: quia uir sanctus Martyriú fla-
gitaret.

gitaret.Illi uero timentes ne ficut poſt martyriũ bea/
ti Adalberti corruſcantibus miraculorum ſignis ſca/
uonicæ gentis plærīq; cõuerſi ſunt:ipſis quoq; ſimili/
ter eueniret:longo tempore a beato Viro manus arti/
ficioſa malitia reprimunt:& cupidiſſimo mori:nolē/
tes eum occidere:crudeliter parcunt.Cũq; ad regem
ruſſorũ uir uenerabilis peruēniſſet:& conſtāti animo
pdicationi uehementer inſiſteret:uidens eũ rex ſqua
lidis ueſtimentis indutum nudis pedibus incedētem:
opinatus eſt:quia uir ſanctus talia nõ religionis cã p/
ferret:ſed idcirco potius ut pecunias cõgregaret. Pro
miſit ergo ſibi quia ſi ab huiuſmodi uanitate recede/
ret:ipſe paupertatem eius largiſſima liberalitate di/
uitiarũ ditaret.Bonifacius itaq; ſine mora ad hoſpiti/
um reuertitur.pcioſiſſimis pontificalibus ornamen/
tis decenter induitˀ:& ſic ad regis palatium denuo p/
ſentatˀ.Rex aũt uidens eum tam decoris ueſtibus ad/
ornatum ait.Nũc ſcimus inqt:quia te ad uanã doctri
nam non paupertas:ſed ueritatis impulit ignorantia.
Verũtamē ſi uis credi uera eſſe quæ aſſeris erigantur
duæ excelſæ lignorũ cataſtæ breuiſſimo a ſe īterſtitio
ſeparatæ & igne ſuppoſito cũ uaporatæ fuerint:ita ut
utriuſq; ſtruis unus ignis eſſe uideatˀ:tu tranſi per me
diũ.Quod ſi læſus ex aliqua parte fueris:ipſis te pe/
nitus cõſumendũ ignibus trademus.Sin aũt:qđ credi
non põt:ſanus euaſeris:oēs nos Deo tuo abſq; ulla dif
ficultate credemus.Cũq; hoc fœdus non ſolũ Bonifa
cio:ſed & cũctis q aderant gentilibus placuiſſet Bo/
nifacius ita ueſtitus uelut miſſarũ ſolemnia celebratu
rus:pri⁹cũ ſantificactā aqua & incēſo undiq; pluſtrās
ignē:deinde ſtridentes flãmarũ globos ingreſſus:ita
exiuit illæſus:ut nec minimus capitis eius capillus ui
deretur exuſtus.Tum rex & cæteri qui huic ſpectacu
lo interfuerant:cateruatim ſe ad pedes beati uiri pi/
ciunt:indulgentiã lacrimabiliter petũt.baptizari ſe in
ſtantiſſima ſupplicatione depoſcunt.Cœpit itaq; tãta
gētiũ multitudo ad baptiſmũ cõfluere:ut uir ſcũs ad

ſpacioſum quẽdã lacum pergeret:& in ipſa abundã/
tia aquaꝝ populum baptizaret. Decreuit aũt Rex:ut
regnum relinquens filio ipſe q̃diu uiueret ſe a Boni
fatio nullatenus ſepararet. Frater aũt Regis cum ipſo
pariter habitans dum nollet credere:abſente Bonifa
tio:ab ipſo rege peremptus eſt. Alius uero frater qui
iam a regis cohabitatione diuiſus:mox ut ad eũ uir/
uenerabilis uenit audire eius uerba noluit: ſed de cõ
uerſione fratris nimia aduerſus eũ ira ſucenſus Bo/
nifacium continuo cõprendit. Deinde timens ne ſi ui
uum teneret:Rex eũ de manibus eius eriperet: in ſua
præſentia circunſtante non parua hominum multitu
dine decollari præcepit. Statim uero & ipſe cæcatus
eſt:& tantus eũ cũ omnibus qui adſtabant ſtupor op
preſſit:ut nec loqui:nec ſentire:nec aliquid humani/
tatis officiũ agere aliquatenus potuiſſet:ſed cũcti ue/
lut lapides rigidi & immobiles permanerent. Rex au
tem hoc audiens nimio dolore perculſus oino deli/
berat:non ſolum fratrẽ occidere : ſed & cunctos qui
ſibi tanti reatus fautores extiterant gladiis trucidare.
Sed cũ illic ꝓtinus aduenilſet & corpore martyris in
medio adhuc poſito fratrẽ ſimul cũ reliquis omni/
bus ſine ſenſu & motu ſtupefactos aſtare conſpiceret
hoc ſibi cum omnibus ſuis placuit: ut prius ꝓ eis ora
tio fieret ſi forſitan illis diuina miſericordia ſenſum
quem amiſerant reformaret. Deinde ſi acquieſcerent
credere:indulto crimine uiuerent. Sin autem omnes
ultoribus gladiis interirent. Cum igitur & ab ipſo re/
ge:& a cæteris chriſtianis diutius fuiſſet oratum: non
ſolum prior ſenſus hominibus ſtupefactis redditur:
ſed inſuper conſilium quoq; flagitandæ ueræ ſalutis
augetur. Nam continuo pœnitentiam ſui criminis fle
biliter expetunt baptiſmi gratiam cum magna alacri
tate ſuſcipiunt. Super corpus quoq; beatiſſimi Mar/
tyris eccleſiam conſtruunt. Verũtamen ego ſi de hoc
mirabili uiro cætera:quæ didici & ueraciter poſſunt
referri tentarem ; deficeret forſitan lingua non defi/

ciente materia. Dũ igitur Bonifatii uirtus ꝓprio indigeat stilo: idcirco tñ illum cũ aliis Romualdi discipulis summotenus hic memorare curamus: ut ex eorum laude: q̃ magnus uir gloriosus magister eoꝝ fuerit demõstremus. Quatenus dũ celsitudo clientiũ auribus fideliũ insonat: q̃ excellẽs doctor fuerit eoꝝ ex schola quã tenuit innotescat.

¶ De Ioãne & Bñdicto martyribus. Cap. XXVIII.

INterea Romualdo in perco adhuc habitãte Busclauus Rex preces Imperatori direxit: ut sibi spũales uiros mitteret: qui gẽtẽ sui regni ad fidem uocarent. Mox Romualdum impator aggreditur: & cõcedi sibi de suis monachis qui illuc destinari utiliter ualeant depcatur. Ille utro nullis suoꝝ hoc pcipere uelut ex plationis auctoritate uoluit: sed in eoꝝ uoto ponẽs siue manendi: siue abeũdi oĩbus optionẽ dedit. Ignorabat.n. ex tam metuendo negocio uoluntatẽ Dei: & iõ nõ illud suo: sed fratrũ potius arbitrio cõmittebat. Interrogãte igif eos Rege & humiliter obsecrãte tandem duo solũmõ ex oĩbus inuẽti sunt: qui se ultro ad eũdũ prõptos offerrent. Quoꝝ unus Ioãnes alter Bñdictus uocabaẗ. His itaq; ad Busclauũ euntes in Eremo prius eos substentante Rege manere cœperũt: & ut prædicare postmodum possent sclauonicã linguã laboriosæ discere studuerunt. Septimo uero anno cũ iam loquelam terræ perfecte cognoscerẽt: unũ ad Romanam urbẽ monachum mittunt: & per eũ summæ sedis antistitis pdicandi licentiã petunt. Iniungunt ẽt: ut nuncius ille aliquos secũ de beati Romualdi fratribus duceret: q eremiticæ cõuersatiõis edocti cũ eis simul in sclauoꝝ ptibus habitarẽt. Busclau⁹ aũt uolẽs coronã sui regni ex Romana auctoritate suscipere: pdictos uenerabiles uiros cœpit obnixa supplicatiõe deposcere: ut ipsi plurima eius dona Papæ deferrent: & coronam sibi a sede Apostolica reportarẽt. Qui regiæ petitioni assensum

penitus denegantes dixerũt. Nos in sacro ordine pos/
siti sumus: tractare nobis saecularia negocia minime
licet. Et ita relinquentes regem: ad cellã reuersi sunt.
Quidã uero regis agnoscẽtes cõsilium: sed qd sancti
Viri responderint ignorantes: copiosum auri pondus
qđ mittendũ aprico fuerat: secũ eos detulisse opinati
sunt. Deinde hoc inter se cõuentione pacta condicũt:
ut noctu eremum latẽter ingressi: & monachos inter/
ficerent & pecuniã asportarent. Quos cũ beati uiri tẽ
tantes irrũpere psensissent: aduentus eorũ cãm pro/
tinus agnoscentes: cõfessionẽ inter se facere: & scẽ cru/
cis se coeperunt uexillo munire. Erãt aũt ibi duo pue
ri eoꝝ obseqo ex aula regia deputati: qui prout uires
dabãt stare ꝓ sanctis & furibus resistere: nisi sunt. Fu/
res uero repto tãdẽ aditu irruentes statim oẽs pariter
occiderunt. Tunc thesaurũ anxie perqrentes: & euer/
sis oĩbus nihil inuenientes: ut tanti reatus crimen ob/
tegerẽt: & humana suspitio nõ armis: sed flammis id
potius deputaret: cellã incendere: & ipsa conati sunt:
Martyrũ cadauera cõflagrare. Sed admoti ignes amis/
sis naturae uiribus: nihil oĩno consumere ullis hoĩum
studiis potuerunt. Ita enim eos ẽt ipsa parietum mate
ries repellebat: ac si pro lignis durissimi silices essent.
Frustrati itaq; fures in fugam se cõferre nituntur: sed
& hoc illis ex diuina ꝓuidentia denegatur. Tota siqui
dem nocte ꝑ fructeta nemoꝝ: ꝑ latitudinem saltuũ: ꝑ
opaca siluarũ: uiã anxiati sunt qrere: quam tñ nulla/
tenus ualuerunt errabũdis uestigiis inuenire. Sed ne/
q; pugiones in uaginas cõdere arefactis brachiis potue
runt. Vbi uero sanctoꝝ iacebãt corpora copiosum lu/
men usq; in diem splendescere: & dulcissima angeli/
cae cantilenae non desiit suauitas resonare. Adueniẽte
aũt die qđ factum fuerat regem latere nõ potuit: qui
ilico ad eremum cũ innumerosa ppli multitudine se
stinauit: & ne fures euaderent facta corona hominum
totã siluam undiq; circũcinxit. Qui tãdem repti sunt
manifesti criminis rei: & ad gladios suos adhuc ex di

uina ultione ligati? Rex autẽ qd de eis faceret: habita consideratione deliberans: hoc postremo decreuit: ut nequaq̃ eos sicut merebant̃ occidi pciperet: sed catenis ferreis uinctos ad sepulcra martyrum destinaret. Quatenus aut ibi usq; ad obitũ in uinculis miserabiliter uiuerent: aut si sanctis martyribus aliter uideretur ipsi eos sua misericordia liberarent. Qui cum ad scõꝝ tumulũ fuissent ex pcepto regis attracti: mox ineffabili diuinitatis omnipotentia fractis sunt nexibus absoluti. Deinde facta super corpora sanctoꝝ basilica: innumerabilia non solum tunc: sed & nũc ibi siũt ex diuina uirtute prodigia.

De monacho ab angelo de carcere liberato. Cap. XXIX.



Mperator aũt Henricus Busclaui cõsiliũ nõ ignorans undiq; uias custodiri pcepat: ut si Busclauus Romã nuncios mitteret: in eius ilico manibus deueniret. Monach⁹ uero q nup missus a sanctis martyribus fuerat demum captus est: & mox carcerali custodiæ mancipatus. Nocte uero illũ angelus dñi in carcere uisitauit: & cõsumatos esse eos quoꝝ legatiõe fungebat̃ innotuit. Statimq; apto diuinitus carcere: pparatũ sibi eẽ nauigiũ in fluuio: quẽ trãsiturus erat asseruit. quo festinãs monachus angelicæ promissionis fidẽ uerã esse pbauit.

De monasterio sancti Adalberti cõstructo & pphetia Romualdi aduersus regẽ plata. Cap. XXX.



Vm moraret̃ aũt Romualdus adhuc in peo Impator Otto Monesteriũ ibi ad honorẽ sancti Adalberti eo suggerente construxit. Cui cõtigua classensis Cenobii pdia contulit: & ea sibi ex fiscali possessione in firmensis monarchiæ partibus recompensauit. Abbate ergo

illic ex Romualdi discipulus constituto:& fratribus aggregationis:cœpit eos Romualdus sub magna tenere custodia & docebat eos sub regulari uiuere disciplina. Præcepit etiã Abbati:ut in Eremũ secedens per totam ebdomadã in cella consisteret. Diebus uero dominicis ad monasterium ueniens monachos uisitaret. Qui sancti uiri iussa cõtemnens cœpit sæculariter uiueret:& pede operis semel exorbitãte a tramite rectitudinis iam longius declinare. Videns ergo Romualdus q̃ ſm suæ uoluntatis ardorẽ ibi laborare nõ posset:Regem ꝓtinus adiit:& acceptæ promissionis exactor,: ut Rex monachus fieret: insistere uehementius cœpit. At ille facturum se quidem qđ exigebatur asseruit: si tñ prius Romã quæ sibi rebellabat impeteret: & ea deuicta Rauẽnam cũ uictoria remearet. Cui Romualdus. Si Romã inquit ieris Rauẽnam ulterius nõ uidebis:& apertissime illi mortẽ ꝓpinquam esse denunciat: quia eum reuocare nõ potuit: ꝓculdubio de eius certus interitu. Dum Rex Romã ꝓperat Romualdus nauim:ascendens ad ciuitatem Parentium trãsfretat. Rex itaq; ſm beati Viri ꝓphetiam uix a Roma reuerti incipiens mox langore correptus apud paternum defunctus est.

Vbi gratia profectionis Romualdo diuinitus est cõcessa. Cap. XXXI.

ROmualdus aũt tribus annis in Parentinæ ciuitatis finibus habitãs in uno loco monasterium cõstruxit:& Abbatem in eo cũ fratribus ordinauit. In duobus uero inclusus mansit. Ibi nempe ad magnæ ꝑfectionis cumulũ pietas illum diuina ꝑuexit: ita ut a sancto spũ afflatus:& nõnulla uentura prospiceret & multa ueteris:ac noui testamenti occulta misteria:radiis intelligentiæ penetraret. Anxiabatur autem ibi aliquando in lacrimas erũpere: sed nullo ualebat conamine ad contriti cor-

dis compūctionem uenire. Factum est ergo quadam die dum in cella psalleret: & in hunc psalmi uersiculum incidisset. Intellectū tibi dabo: & instruam te in uia hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Repēte tanta sibi lacrimarū effusio orta est: & ita mēs eius ad intelligēdas diuinæ scripturæ sententias illustrata: ut ex eodem die: & deinceps q̄diu uixit: & quādocunq; uoluisset uberes sibi lacrimæ facillime fluerent: & plurima illum scripturaꝝ mistica nō laterēt. Frequenter enim illum tanta diuinitatis cōtemplatio rapiebat: ut quasi totus in lacrimas resolutus æstuante inenarrabili ardore diuini amoris clamaret. Chare Iesu: chare mel meum: dulce desideriū meum: ineffabile: dulcedo sanctorum suauitas Angelorū: & cætera huiusmodi: quæ ille sancto spiritu dictante in iubilū ꝑferebat: nos uero humano sensu exprimere talia nō ualem⁹. Sic.n. Apostolus ait. Nos sicut oportet orare ne scimus: sed ipse spūs orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et ideo Romualdus missam celebrare corā pluribus nunquam uolebat: quia se a lacrimarum inundatione continere non poterat. Vnde etiam postmo dum nimia iam consuetudine uir simplicis animi putans gratiam sibi prærogatam omnibus esse cōcessam dicebat plerūq; discipulis. Cauete inquit ne multas lacrimas effundatis: qa & uisum minuunt & uerticē lædunt. Vbicūq; aūt uir sanctus habitare dispōeret oratorium cū altari primitus intra cellam faciens deinde se recludens aditum damnabat.

¶ De ꝓphetia Romualdi qua discipuloꝝ prænūciauit aduentum. Cap. XXXII.

Miserunt aliqn̄ ad illum fratres qui morabātur in solitudine quæ bifurcum dr̄ cōsiliū flagitātes: qualiter cōuersari in Eremo deberent: quar diabolicis īpugnatiōibus resistere potuissent. Quoꝝ nūcii cū ad monasteriū a quo

Romualdi cellula longius aberat peruenissent: ilico uenerabilis uir per spiritum eorum cognouit aduentum. Praecepitq; Abbati Ansoni: qui sibi tunc assistebat dicens. Vade inquit & pulmentum fratribus prepara: qui de longinquis partibus aduenerunt. Qui continuo coepit eum deridere: & dicere: quia uere falsus propheta esset. Postremo autem uelut coactus ad monasterium ueniens: eos quos uir sanctus predixerat orantes iam in ecclesia reperit. Quos uidelicet Romualdus multo salutaris doctrinae sale condiuit: multisq; denique contra antiqui hostis insidias uirtutum armis instruxit. Et postquam eos de omnibus subtiliter docuit: cum multa eos alacritate ad eremum remisit.

De reditu eius a parendo: & nautis eius meritis de periculo liberatis. Cap. XXXIII.

Alioquoq; tempore rursus supradicti fratres ad eum nuncios dirigunt: & de eadem re consilium maiori adhuc anxietate requirunt: quibus uir uenerabilis ait. Ego inquit nunc libellum de pugna daemonum scribo: quem uobis cum redieritis dabo uel certe ipse uobiscum forsitan uenio. Hoc illi audientes protinus in faciem se prosternunt: & ut cum illis ire dignaretur: importuna admodum supplicatione deposcunt. Altera uero die iturum se cum eis incunctanter asseruit: & ut nauem inquirerent iussit. Audiens hoc Parentinus episcopus: nimio moerore perculsus est. Inueniens quoq; monachos propter nauigium discurrentes multis contumeliarum eos dehonestauit iniuriis. Hoc etiam cunctis iuxta portum manentibus promulgauit edictum: ut quicumq; Romualdo nauim dare presumeret ipse quoq; una cum ipso irreuocabili profectione demigrans parentium ulterius non rediret. Festine ergo nuncius ad Polensem episcopum mittitur: ut beato uiro nauigium mittere non moretur. Saepe namq; praefatus episcopus adhortatus illum fuerat: ut nequaquam decaetero in tam obscuro recessu inclusus lateret: sed illuc se potius conferret: ubi animarum lucrum copiosius facere po

tuisset. Ne uidelicet sicut carbo soli sibimet arderet: sed magis ut reuera lucerna sup candelabrum posita oībus q in domo dei sunt: radiū suæ lucis īfunderet. Dum igitur nūcius q missus fuerat expectaretur Romualdus his q secū erant fratribus ait. Proculdubio noueritis: qa frater ille tardius ueniet: & i aliā nauim nos ire oportet priusq̄ ille reuertat̄. Adueniente autē die sancto Dominico in ipso primæ lucis crepusculo dixit assistenti sibi cuidā fratri noīe Ingealberto: qui postea archieps in gentibus factus est. Respice inqt in pelagus ꝓcul: & uide duas naues: lōginqs adhuc spatiis pari aduersum nos uelocitate tendentes: quarum nos definite debet una suscipe. Qui curiosius intendens: & expāsis oculoꝝ radiis sollicite cūcta plustrās: aliqd remigandi signum oīno uidere non poterat. At cū dies iam iamq; clarescceret: ecce extremo uidet intuitu duas naues eminus aduētātes: & ꝑ nimia adhuc longinqtate quasi totidē uolucres apparētes. Quibus tandem subeūtibus portū: interrogati remiges utrū Romualdū cum suis in ꝓpria uellent suscipere: mox noua repleti lætitia se & sua oīa in eius ꝑtāte constituunt: & beatos se esse tam ꝑciosæ margaritæ pōdere ꝓfitentur. Illo itaq; die minas aeris formidantes ire noluerunt. Romualdus aūt exhortatus est eos: ut statim in spe diuinæ gratiæ iter inciperent: spōdens eis: quia nullum oīno periculū sustinerent. Illi tn̄ tota die ibidem cōmorantes: nocte uero nauigare cœperūt. Circa diluculum aūt subito uenti sæuiunt: tempestas oritur: mare ab imo fundo uersat̄. Iam uero furentes undiq; procellæ ipsos quoq; remiges transuolant & nauim hincinde percutientes totas pene tabulas laxant. Videres itaq; hoīes alios q dēse adnatandum exuere: alios uero diuersis se palustribus religare: quosdam aūt ut natare fluctibus possent remos: aut lignū strictim tenere. Cūq; in tanto discrimine non iam dubiū desperatis omnibus naufragium īmineret: illico Romualdus ad solita uidelicet orationis armamenta cu

currit:& reclinato paululum caputio capite deuexo in gremio: pces sub silentio ad dominũ fudit. Deinde ansoni abbati: qui cominus assidebat: secure præcepit dicens. Denuncia inquit nautis: ut nequaq̃ timeãt: sed omnes se incolumes euasuros absq; ulla penitus ambiguitate cognoscant. Vix modicum posthæc & ecce ultra omnium spẽ absq; ullo humano studio ipsa se nauis dirigit: & mox in portum capreolæ ciuitatis delapsa celeriter subintrauit. Tũc omnes liberatori deo dignas referunt gratias: & manifeste se de faucibus ereptos mortis Romualdi meritis profitentur.


¶ De aduentu Romualdi in bisurcũ. Cap. XXXIIII.



Eniens itaq; Romualdus bisurcum: uisis omnium fratrum cellulis: quia supstitione quadam ambitiosæ uidebantur: in nulla earum habere hospitium uoluit: nisi in illa solummodo in qua Petrus eius uenerabilis discipulus habitabat. Vir siquidem Petrus mirabilis abstinẽtiæ: multæq; admodum extremitatis erat. Qui cellulam sibi ad sancti Hylarionis exemplum: uix unq̃ largiorem fieri quatuor cubitis permittebat. Referebat autem postea idem Petrus: quia dum beatus uir Romualdus cum ipso maneret: & psalmos uterq; inter se uicariis uersibus alternarent: trigies in nocte uel eo amplius se Romualdus ad requisita naturæ ire simulabat: quoniam affluentium lacrimarum inundãtiam: atq; singultus cohibere non poterat. Cumq; ibi Romualdus aliquãdiu moraretur: & fratres non solum de speciali certamine: uerum etiam ut sibi Abbatem præferrent: & cõmunia cuncta facerent: ammoneret: illi quia suum habebant unusquisq; sustentatorem: & prout cuiq; libuerat proprii sequebatur arbitrii libertatem: Romualdi præcepta suscipere nõ magnopere curauerunt.

¶ De aduentu eiusdẽ ad uallẽ de castro & multo animarum lucro. Cap. XXXV.

Romualdus ergo sterilitatis impatiens anxia cœpit auiditate perquirerẽ: ubi terram potuisset ad proferendos animarum fructus idoneam inuenire. Misit itaq; nuncios ad Camerinæ prouinciæ comites. Qui audito nomine Romualdi: nimio gaudio repleti: cuncta suæ uirtutis offerunt prædia: non modo siluarum & montium: sed si sibi etiam placeret agrorum. Postremo repertus est in eorum possessione locus Eremiticæ conuersationi satis congruus montibus undiq; uallatus & siluis. In medio uero ampla quædam planities: non solum proferrendis frugibus apta: sed perspicuis etiam fontium aquis irrigua. Hic itaq; locus uallis de castro antiquitus uocabatur: ubi iam parua erat ecclesia: in qua conuersarum quarundam mulierum uidebatur esse conuentus. His itaq; loco recedentibus cõstructis cellulis: illic habitare cum suis discipulis uir uenerabilis cœpit. Ibi autem quantos animarum fructus per illum dominus acquisierit quis ualeat uel atramento describere: uel lingua proferre? Cœperũt nãq; hoĩes ad pœnitentiam hincinde circũfluere: sua pauperibus misericorditer erogare: alii sæculum omnino relinquere: & ad sanctæ conuersatiõis ordinem spiritu feruido festinare. Erat enim uir beatissimus Romualdus quasi unus de seraphyn: quia & ipse flamma diuini amoris incõparabiliter æstuabat: & alios quocũq; pergeret sanctæ ꝑdicationis facibus incẽdebat. Cœpit nãq; dum prædicationis uerba proferret: tanta illum compunctio in lacrimis excitare: ut subito interruptum sermonẽ relinquẽs: aliquorsum repẽtino impetu uelut demens aufugeret. Nam & si quando cum fratribus equitabat: longe post alios ueniens: semperq; psallẽs: nihilominus: ac si in cella resideret iugiter lacrimas effundere non cessabat. Inter cæteros autem



præcipue sæculares clericos: q pecunia ordinati fue-
runt durissima seueritate corripiebat: & eos nisi ordi
nis administrationem sponte desererēt omnino dam
nabiles: & hæreticos asserebat. Qui nouam rem audi
entes: occidere illum moliti sunt. Per totam illā mo-
narchiam usq; ad Romualdi tempora uulgata cōsue
tudine uix quisq̄ nouerat symoniacam heresem esse
peccatum. Qui dixit eis canonum mihi librū affer-
te: & utrum uera sint quæ dico uestris attestātibus pa
ginis comprobate. Quibus itaq; diligenter cōspectis:
& crimen agnoscunt & errata deplangunt. Constituit
itaq; uir sanctus plures canonicos clericos: qui layco-
rum more sæculariter habitabant præpositis obedi-
re: & cōmuniter in congregatione uiuere docuit. Non
nulli quoq; episcopi qui per symōiacam hæresem sa
cras sedes inuaserant: ad eum causa pœnitentiæ con-
currebant. Qui etiam uenerabili uiro se cōmittentes:
& episcopatum termino statuto: deserer: & ad sanctæ
conuersationis se promittebāt ordinem festinare. Ex
quibus tamen uir sanctus q̄diu uixit nescio si uel unū
cōuertere potuit. Est enim uenenata illa hæresis præ-
sertim in episcopali ordine tam dura: & ad conuertē-
dum rigida: ut semper promittens: semper de die in
diem producens: atq; in futurum procrastinans faci-
lius possit iudeus ad fidem cōuerti: q̄ hæreticus latro
plene ad pœnitētiam prouocari. In eisdem quoq; par
tibus uir sanctus monasterium condidit puellarum.

¶ De fure quem frangentem cellam gregis per spiri
tū uidit: & illæsum dimisit. Cap. XXXVI.


Olēni quadā die dū uir uenerabilis illic
cū fratribus in capitulo resideret: & eos sa
lutaris doctrinæ dapibus satiaret: repente
ipsum interrūpens sermonē anxia quadā
aīaduersiōe exclamare cœpit: & dicer. Agite nūc inq̄t
agite & q̄tocius pperate: qa iā frīs Gregorii cellā fur

frãgit. Hic aũt Gregorius archiepſs in gẽtibus poſtmo dũ cõſecratus eſt. Qui ꝓtinus exilientes ad cellã pnici ter currũt:& furẽ iã parietes infringẽtẽ inueniũt. quẽ capiẽtes ad magiſtrũ pertrahunt:& qd de tã ſacrile go raptore faciendũ eſſet inquirunt. Quibus uir ſan ctus cœpit hylariter dicere. Et ego inqt fratres igno ro:qd de tã malo homine facere poſſimus. Eruimus ſibi oculos:ſed poſtea non uidebit. Incidimus illi ma nus:ſed amplius nõ laborabit:ac forſitan fame ꝓpter hoc peribit. Si pedes truncamus ambulare nõ poterit. Sed intro eũ ducite: & cibũ ſibi prius apponite:ut qd de eo faciendũ ſit interim ptractemus Et ita exultans in domino poſtq̃ cibari latronem fecit:deinde mode ſte correptum:& dulcibus uerbis admonitum redire ad propria in pace permiſit.

De monaſterio urbis ueteris quod conſtruxit. Cap. XXXVII.

Poſtremo dimiſſis ĩ ualle de caſtro nõnul lis de ſuis diſcipulis ad regionẽ ſe urbis ue teris cõtulit:& in poſſeſſione Pharulfi co mitis monaſteriũ multis qdẽ ſuffragãti bus:ſed eo maxime expẽſas pbente cõſtruxit. Tantus nãq; in ſci uiri pectore ardor faciẽdi fructus incãdue rat: ut effectis nũq̃ cõtẽtus:dũ alia faceret ad faciẽdũ mox alia ꝓperaret. Adeo ut putaret totum mundum uelle in eremũ cõuertere:& monachico ordini omnẽ populi multitudinẽ ſociare. Multos deniq; illic de ſæ culo abſtulit:quos per plura ſacra loca diuiſit.

De filio comitis qui cæcum poſt mortem illumi nauit. Cap. XXXVIII.

Nonnulli quoq; nobilium filii contẽptis pa rentibus:ad uirum beatiſſimũ fugiebant. Ex qbus ẽt filius Guidonis comitis fuit: q in ipſa pueritia non longo tpe poſtq̃ mona

chus factus est: ad mortẽ ueniens: uidit duos iniquos spũs: quasi nigros uultures terribiles in se oculos infigentes. Cũq; hoc assistenti sibi beato Romualdo puer diceret: ꝓtinus addidit. Ecce inqt magister tanti nunc ethiopes intrant: ut iã totũ ædificium impleant. Exhortatur aũt ut cõfiteret̃ qđ deliquisset: hoc solũmõ crimen felix ille peccator cũ magno terrore confessus est: quia iussus fuerat a priore nescio quas scopas accipere: quas nec dũ acceperat. Romualdo igit̃ tanti facinoris ueniã indulgente: in pace defunctus est. Postera uero die cæcus quidã ꝑbendarius uidelicet pr̃is eius uenit ad sepulchrũ illi⁹: & altiori uoce clamauit. Hem dñe iquit meus si cũ deo es sicut credo: ꝑces pro me ad deũ fũde: & oculoꝝ mihi lumẽ restitue. Et hoc dicto statim illuminatus est. Nõnulli quoq; ad eius tumulum uenientes infirmi redditi sunt sanitati. Nã & ipsum eius sepulchrũ uelut multis plenũ aromatib⁹ redolebat. Ft ideo a Deo meruit honorari post mortẽ qui pro eius amore dum uiueret carnalium parẽtum spreuit hæreditatem.

¶ De tribus monasteriis: quæ Romualdus cõstruxit. Cap. XXXIX.



Nterea Romualdus audiens: qa uir beatissimus Bonifacius martyriũ suscepisset nimio desiderii igne succensus: ut ꝑ xp̃o sanguinẽ funderet Vngariã mox ire disposuit. Interim tñ dũ in ipsa intentione ꝑsisteret breui tp̃e tria cõstituit monasteria. Vnum uidelicet in ualle de castro: ubi nunc sanctissimũ corpus eius reconditũ ẽ. Aliud prope esinũ fluuium. Tertiũ iuxta oppidũ cõdidit esculanum. Deinde licentia ab ap̃lica sede suscepta: & duobus de suis discipulis in archiep̃is cõsecratis. cum. xxiiii. fratribus iter arripuit. Tantus enim ardor moriẽdi pro xp̃o in omnibus æstuabat: q; uir sanctus ad tale negocium cũ paucis ire difficile poterat.

Euntes ergo cũ iam ipsis pannoniarũ finibus interes-
sent: Romualdus repente langore correptus: ulterius
ire non potuit. Cũq; diutius pateret: si quãdo redire
disponeret: protinus ex ægritudine conualescebat. Sin
autem ire ultra tentaret: protinus tota eius facies in
tumescebat. Cibos quoq; retinere stomacho lãguescé-
re: non poterat. Aduocatis itaq; fratribus ait. Perpẽdo
inquit nequaq̃ diuinæ uoluntatis esse iudicium: ut ul
tra progrediar. Verũtamen quia intentiõis uestræ de
siderium nõ ignoro: neminem uestrũ redire compel-
lo. Multi nempe ẽt ante nos totis nisibus studuerũt ad
martyrii culmẽ attingere: sed qa diuina prouidentia
aliter sensit in suo gradu coacti sunt remanere. Licet
ergo nobis oĩbus martyriũ defuturũ esse nõ ambigo:
qui tñ ire: q̃ mecum redire uoluerint uniuscuiusq; re
linquatur arbitrio. Quindecim ergo Vngariã ꝑdeũ-
tibus: duobus alibi iã dimissis: uix. yii. cum magistro
discipuli remanserunt. Euntes aũt quidã flagellanť:
uenduntť: plures dominos subeunt: ad martyrium tñ
sicut uir sanctus ꝑdixerat non ptingunt. Romualdus
aũt cõuerso quodã nobilissimo uiro adhelberonis ui
delicet ducis cõsanguineo: qui postea mõachus factus
in sancta cõuersatione usq; ad mortem ꝑmansit: aliis-
q; theutonicis ad monasteriũ quod in urbis ueteris re
gione construxerat: rediit. Notandũ itaq; est: quia san
ctus nequaq̃ leuitate usus: nequaq̃ falli inaniter potu-
it: qui secundũ intentionem quidẽ suam martyrium
subiit: iuxta tñ diuinum consiliũ pro salute eoꝝ mis-
sus est: quos cõuertit. In ꝑdicto igitur mõasterio: mul
ta persecutionis scandala passus est. Volebat enim ab
batem (ut re uera monachum) extremitatẽ diligere:
sæcularia ex desiderio nõ tractare: res mõasterii pro
uana gloria nõ expẽdere: fratrũ usib⁹ necessaria mini
strare. Quæ oĩa diu ille surda aure audiebat & contẽ
nebat. Romualdus uero locũ cũ suis discipulis dese-
rens: nõ longe a castro in ꝑdio in uirtute Raynerii: qui
postmodũ marchio tusciæ factus est habitauit.

De Raynerio marchione: & de professione eius in Vngariam. Cap. XL.


HIc aūt Raynerius cōiugem suā propinquitatis occasione abiecerat: & cōsanguinei sui uxorem quē ipse se insequenté occiderat: in cōiugio copularat. Ob hoc itaq; Romualdus ne criminis eius particeps fieret: gratis in ei⁹ possessione noluit habitare sed unū sibi aureū pro aqua alterū uero pro lignis appēdit. Quos cū ille omnimō respueret: malens uidelicet sua dare: q̄ a sancto uiro quicq̄ accipe. Postremo tñ uictus assensit potiusq̄ Romualdus abiret. Dicebat aūt idem Raynerius cū iam monarchiā obtineret: quia nō imperator: non aliquis oīno mortalium tm̄ mihi metum ualet incutere: q̄tū me Romualdi terret aspectus. Ante eius qppe uultū neq; quid dicā scio: neq; qbus me defendere ualeā ullas excusationes inuenio. Habebat re uera uir sanctus hanc ex diuino munere gratiam: ut quicūq; peccatores p̄sertim potētes sæculi in eius p̄sentiā deuenissent: mox uelut ante maiestatē Dei tremefactis uisceribus formidarēt. Sanctus nimirū sp̄ūs qui pectoris eius inhabitator inerat: hunc terrorē iniustis diuinitus intentabat. Illis uero tēporibus uir scūs non longe a marilia no castro cōstruxit quādam habitationem.

De Abbate classis qui Romualdum uoluit strangulare. Cap. XLI.

AVdiens autē aliqn̄ quia Venet⁹ q̄dā classensem abbatiā p coemptionē simōiacæ hæreseos inuaserat insup quoq; q corpus suum iniq; peccabat: illuc ptinus ire miles xp̄i impiger studuit diuersisq; modis ex eo monasteriū purgare tentauit. Vir autem reprobus dum abbatiā metuit pdere: non timuit homicidium ppetrare. Intēpesta siqdem nocte dum Romualdus in lectulo secure quiesceret:


quiesceret: ille eum latenter aggressus: impiis cœpit digitis guttur eius astringere: nitens eũ crudeliter suffocare. Sed dum uir sanctus necdum prorsus intercepto spiramine: anhelitu uix eluctante rauciret: Ingelbertus illico magistri singultibus excitatus torrẽ mox e sopito igne corripuit: & ministrũ diaboli ab incœpto nefandissimi criminis exturbauit.

¶De itu eius & reditu eius rursus a Parentio.
Cap. XLII.


Osthæc Romualdus denuo parentiũ nauigauit. Sed Apostolicæ sedis Antistes: & Romani ciues: ad eum redeundi legationem dirigunt: q̄ si reuerteret̃ facturos se oĩa eius p̄cepta promittunt. Sin autem excõmunicationis sententiam comināt̃ur. Hoc itaq; modo suum Romualdum alũnum italia recuperare promeruit.

¶De miraculo latronis in monte piloso facto.
Cap. XLIII.


O itaq; tpe in faucibus calensium montiũ aliquãdiu mansit. Deinde in petranũ mõtem non longe uidelicet a monasterio sancti Vincentii quod iuxta candilianum cõstitutũ est fluuiũ demigrauit. Quocunq; aũt uir sanctus ibat semper fructificans semp: & animarũ lucrũ magis ac magis accumulans: & homines de sæculo abstrahens uelut totus in ignem cõuersus ad cœleste desideriũ aĩos hominũ accendebat: Volens aũt tunc locũ ad eremum faciendam idoneũ inueniř: p̄cepit cuidã p̄sbytero: ut ad domũ propriã rediens sibi: & his qui cũ eo comitabant̃ alimenta deferret. Deinde mõtem indagine studiosa perlustrãs: postremo quẽdam monachũ iuxta paruã basilicã habitantẽ repperit: cui mox ut secũ pgeret: & locũ ostẽderet ubi aqua inueniret̃ exegit. Qui nimirũ denegauit se domũ sine custode posse relinqre: quia latronũ insidiãtiũ impetũ



formidaret. Ad hæc Romualdus se recompensaturũ si tale aliqd accidisset cũcta spopondit: sicq; iam alienæ iniuriæ debitor factus monachũ secum duxit. Illis itaq; locum quærentibus: ecce præsbyter ut iussus fuerat prandium deferẽs: furem iam domum infringentem repperit: repertum cepit: captum usq; ad Romualdi reditum custodiuit. Quẽ Romualdus inueniens prius illum pia studuit uerborũ austeritate corripere: deinde dulciter admonens: incolumẽ permisit ad propria remeare. Sic nimirum: sic diuina puidẽtia seruauit illæsum: qđ in absentis Romualdi fuerat custodia derelictum.

¶ Itẽ miraculũ de aliis latronibus. Cap. XLIIII.

Rursus dum in eisdem partibus cellas construeret. Erat autem sarcina longæ ab eis sub quodam saxo reposita. Tunc uir uenerabilis: quendam fratrem illuc quasi cum impetu propulit præcipiens sibi: ut minus anxie festinaret. Qui mox superueniens illos quidem iam furari tentantes reperit: sed nihil ex his quæ reposita fuerant deesse cognouit. Qua ex re recte colligitur beatum uirum non sine diuinæ reuelatiõis instinctu fratrem cum tãta sollicitudine destinasse: ipso uidelicet puncto quo fures ad rem non custoditam contigit puenisse.

¶ Quare & quomodo Romualdus eiectus est de ualle de castro. Cap. XLV.

Post hæc Romualdus ad monasteriũ Vallis de castro reuertitur. Moxq; Abbatẽ sic alios regere: ut semetipsum tamẽ nequaq̃ negligeret exhortatur. Volebat insuper ut cellam qua usus fuerat occasione regiminis non omnino desereret: sed in ea sibimet spiritualiter uiuẽs præcipuis tantum festiuitatibus fratres amonitionis gra-

tia uisitaret. Erat enim btõ uiro tã odiosa ista quã cernimus abbatum conuersatio: ut nõ minus gauderet si de manu cuiusq̃ abbatiam potuisset euellere q̃ si daretur sibi potentissimum quemlibet sæcularium ad sanctæ conuersationis ordiné côuocare. Sed sicut per Salomonem dicitur. Velut acetũ in nitro: ita qui cantat carmina corde peruerso. Ille prædicatione uenerabilis uiri de malo deterior factus: Comitissas loci dominas protinus adiit: & ut ligna quibus Romualdi cellæ debebant cõstrui minutatim incidi præciperét: sacrilega machinatione suggessit. Eo itaq; modo alta paradisi cædrus de terrenoꝝ hoîum siluis eiecta est.

¶ De miraculo quod fecit in aquabella curans præsbyterum. Cap. XLVI.

Inde uero progrediens nõ longe ab Appénino monte: in loco qui dicitur aquabella manere cõstituit. Illic sane dum sæculares quidam cũ discipulis eius habitatiũ tecta cõstruert: Romualdus aũt qa præ senectute laborare nõ poterat: solus hospitiũ custodiret: p̃sbyter qdã intolerabilem doloré in dentibus sentiés: opus ædificii inuitus reliquit: & postulata licétia a fratribus redire domũ eiulans miserabiliter cœpit. Cũq; per Romualdum transitum reuersionis haberet: interrogatus cur abscederet: mox casum suæ passionis innotuit. Huic Romualdus hianti locũ ubi patiebatur digito tetigit dicens. Ignitam inquit subulam ne labrum lædat: in calamum micte; & hic dolor pœnæ sic aufugiet. Vix præsbyter unius iugeris spatio ultra progressus est: & cõfestim oi dolore deposito ad opus qđ reliquerat sanus & incolumis repedauit: claris nimirũ uocibus exclamans: & dicés. Gratias tibi agimus oipotés Deus: q̃ regioné nostrã splédore tanti syderis illustrare dignatus es. Vere angelus Dei: Vere ꝓpheta scús & lux magna occulta mũdo in finibus nostris apparuit. Et alia

multa in Dei laude uociferās uir ab eius uiri discipulis tacere cōpulsus est. Nā si talia uerba Romualdi aures qualibet pertingerēt occasiōe: grauissima cor eius indignatione ferirent.

¶Item miraculum de fago prope cellam eius incisa. Cap. XLVII.


Lioquoq; tempore dum in quadā Eremo ualde speciosissima & egregia: cui nomen est Camaldulum: quā ipse ædificauerat; in cella resideret magnam aliquā fagū: quæ prope cellam eius adstabat incidi pcepit. Erat autē fagus ita cellæ accliuis: & īmines: ut iuxta humanā opinionem si cecidisset: totū mox ædificium indubitanter obrueret. Cūq; operarii uellēt iussa perficere: sed ruinā arboris formidarent: ille ut nequaq̄ timerēt instabat. Itaq; cū impactis circūq̄q; securibus: in ipsa iā arboris uiscera uenirēt: arbor aūt super beatū uirum non iā dubie īpetū minabat: cœperunt oēs rogare: & uocibus clamosis uehemēter insistere: ut si cellā postponeret semetipsum exiens cōseruaret. Ille aūt nequaq̄ eoꝝ clamoribus acquiescens: ut incœptū opus cito pficerent diffinite pcepit: factoq; signo crucis cōtra eā: postremo fagus grauissimo sonitu corruens: ita aliorsum est ex diuina uirtute piecta: ut cunctis mirantibus cella omnino remaneret illesa. Omnes ergo tanto obstupefacti miraculo lætas ad aera uoces tollunt & immensas Deo gratias referunt.

¶De ilice lapsa super rusticum & eum non lædente. Cap. XLVIII.


Ed qd nos de diuina circa uenerabilē uiꝝ custodia dicimus: cū & alios sæpe p eius p̄sentiā ex magnis ereptos fuisse piculis: nō ignoramus? Ex q̄bus uidelicet unum hic memorare sufficiat: ut plures fuisse prudens lector agnoscat. Aliquādo nāq; ipse cum operariis manēs: ni

miæ magnitudinis ilicem in monte petrano faciebat incidi. Quæ uidelicet arbor in prærupto montis decliuio pēdens in ima uergebat. Rusticus autem qdā paulo inferius stabat. Cum igitur pcisa arbor grauiter corruens per deuexum montis uolueretur in præceps: mox repertum rusticum repentino impetu cœpit ad inferiora rotare. Cūcti protinus dolentes exclamant etiam non solum esse hominem mortuum: sed totū quoq; dilaceratum existimant. Sed mira diuina uirtus: ita mox sanus: & incolumis reptus est: ac si super eum non arbor: sed arboris foliū cecidisset. Hinc iure perpenditur sancti uiri meritū: q̃tum apud Deum pondus habuerit: in cuius conspectu grauissima arboris moles: pondus habere nesciuit.

De contumelia quam passus est a suis discipulis in Sytria. Cap. XLIX.

Postmodum uero Romualdus cū appēninū montē desereret Sytriæ habitatur⁹ abscedit. Cauendū autē sūmopere est: ne qs cū audierit: qa uir sanctus tot loca mutauerit: sui operis pondus uitio leuitatis ascribat. Hæc nāq; mutationū eius cā pculdubio fuerat: quia ad uenerabilem uirū ubicūq; degeret turba hoīum pene innumerabilis cōcurrebat. Ratio ergo poscebat: ut cū unius loci spatiū plenum habitatoribus cerneret: illic priore cōstituto ad replendū mox aliud festinaret. In sytria uero quot cōtumelias: quot scādala a suis discipulis passus sit: nō est nostræ facultatis euoluere. Ex qbus uidelicet unā hic ponimus. Cætera breuitatis studio præterimus. Habebat nāq; quendā discipulū Romanū noīe qui nobilis qdem fuerat genere: sed oīno degener actione. Hunc itaq; uir scūs cum pro suæ carnis imundicia nō mō uerbis argueret: sed sæpe ēt uerberibus grauissime coerceret: ausus est diabolicus uir titulum illi eiusdē reatus opponere: & impudēter cōtra sancti spūs templum sacrilego ore latrare. Dicens

uidelicet: sanctum uirum una secum ex eadem cõtagione peccasse. Mox itaq; discipuli oẽs aduersus eum irati omnes infesti: alii clamabant senem impium laqueo debere suspendi: alii dignũ iudicant cum ipsa cellula ignibus cõcremari. Quod utiq; ualde mirabile fuit: præsertim spũales uiros ex decrepito sene: & ultra q̃ centenario tam nefariũ scelus credere potuisse. Cui etiam si uoluntas adesset: natura tamen & frigidus sanguis: & ariditas attenuati corporis hoc penitus denegaret. Sed credendum est, p̃culdubio ad augendum sancti uiri meritum hoc sibi tam grauis aduersitatis cœlitus accidisse flagellum. Nam & ipse asserebat hoc in Eremo unde nuper abscesserat ueraciter agnouisse: & ad hoc dehonestatis improperium subeundum alacriter aduenisse. Ille autem sarabaita reprobus: q̃ sancto uiro crimen intenderat episcopatum postea Nucerinum per symoniacã hæresem acquisiuit: & per biennium illum occupans: in primo anno incensam ædem cum libris: & tintinabulis: & cæteris sacris ornamẽtis: exigentibus suis meritis uidit. In secundo autem dignitatem cũ uita: diuina illum feriente sententia miserabiliter perdidit.

¶ De diuina uisione ad Romualdũ ut missam celebraret: & psalmos exponeret. Cap. L.



Imposuerũt itaq; discipuli sancto uiro quasi de cõmisso crimine pœnitẽtiam: & celebrandi sacra misteria penitus abstulere licentiam, qđ ille præiudicium libenter amplectens: & pœnitentiam uelut reuera obnoxius criminis obseruauit: & ad sacrosanctũ altare per sex mẽses accedere nõ præsumpsit. Tandem sic ipse posttmodum eisdẽ suis discipulis retulit diuinitus sibi iussũ est: ut si diuinã timeret gratiã perdere iam indiscretã simplicitatẽ oĩno postponeret: & sacra missarum solẽnia fiducialiter celebraret. Postera igit̃ die sacrificare incipiens cũ ad secũda missæ secreta p̃uentũ esset

in ectasin raptus: tã longo tpis spatio siluit: ut oẽs qui aderant mirarentur. Interrogatus aũt postmodũ cur in offerendo sacrificiũ tantas moras præter solitũ habuisset. Rñ. Raptus inqt in cœlũ oblatus sum ante Deum: & continuo mihi diuina uoce præceptum est: ut sm hunc intellectũ quẽ mihi Deus immisit psalmos exponerẽ: & p modulo mei sensus cartulis: per ordinẽ cõmendarẽ. Ego aũt cũ nimio & inenarrabili terrore cõstrictus: rñdere nihil aliud potui: nisi tantummodo fiat fiat. Vnde postea uir sanctus totum psalterium: & nõnulla pphetarum cantica luculẽter exposuit: & licet corrupta grãmatices regula: sanum tñ intellectum ubiq; seruauit.

¶ De anima Romualdi quæ delata est ante Deũ candida uelut nix. Cap. LI.

INterrogauerunt eum aliqñ discipuli dicẽtes. Magister cuius esse ætatis anima cernitur: uel in qua figura ad iudicium præsentatur? Rñ. Scio inqt hominẽ in Christo cuius aĩa delata est ante Deum splendida uelut nix. Humana quidẽ effigiæ: statura perfectæ ætatis. Inqsitus itez quis ille esset: indignans: & confundens eos: dicere noluit. Mox discipuli rem ad eũ: ut ueraciter erat inter se inuicem referre: & ipsum fuisse hoiem certa ratione cognoscunt.

¶ De nimia districtione uitæ quã in Sytria tenuit. Cap. LII.

IN Sytria deniq; uir uenerabilis per septem fere annos inclusus mãsit: & silentium cõtinuũ inuiolabiliter seruauit. Verũtamen tacente lingua: & prædicante uita uix usq tantum labore aliquãdo potuit: uel in cõuertẽdis hominibus: siue ad pœnitentiam cõcurrẽtibus. Viuebat aũt uergente iam senectute nimis districte: uidelicet cũ iam perfecti quilibet uiri solent remissius uiuere

& aliquid sibi de sui ꝓpositi rigore laxare. Nã p̄ unius quadragesimæ spaciũ nihil aliud: neq; in cibo: neq; in potu penit⁹ habuit: nisi de modica farina & paucis herbis sorbitiunculã faciens ex ea ad imitationem Hylariõis uixit. Quinq; uero ebdomadibus nihil aliud cõmedẽs: ad modicum se infusi ciceris astrinxit. Et ita Romualdus per multa alia uiuendi generã: q̃d sua uirtus posset: ꝑ hæc: & alia se iugiter exercẽdo tẽtabat. Studebat q̃ppe discretus xp̄i miles ad nouum se certamen semp accingere: & cũ iam cadere urgeretur adhibita mox miesricordia refocillãs corpusculũ eleuare. Duo autem: uel etiã tria quoq; hẽbat cilicia propter nascentem corporis importunitatẽ. Quæ lauari nullatenus permittebat: sed ea potius ad imbrẽ ꝓiciens post triginta dies consueuerat mutare. Nouacula autem nunq̃ in suum caput patiebatur astendere: sed ipse sibi ferrarium habens solebat excrementa capillorum: & barbæ forcipibus attondere. Siquãdo uero cum ex aliquo esculentiori cibo gulæ uicium titillaret mox accurate illum præparari ꝑcipiẽs: ori: & naribus apponebat & solũ odorẽ captãs dicebat. O gula gula q̃ dulcis: q̃ suauis mõ tibi sapet iste cib⁹: sed uch tibi ex eo nunq̃ gustabis. Et sic intantum ad cellarium remittebat.

CDe miraculo q̃d gregẽ i sufflãdo sanauit. Ca. LIII.

Sed q̃q̃ uir sanctus tantã ergã se seruaret austeritatem: semp tñ hylarẽ uultum: semp serenã faciẽ ostendebat. Nã frater quidam Gregorius noĩe grauissimũ capitis dolorem se ppeti aliq̃n cõquestus est: qui cũ ad beati uiri cellulam ubi & alii fratres: tunc erant cũ nimia lamẽtatione uenisset: mox ut eũ uir uenerabilis uidit: hũc dolorẽ nequaq̃ humoꝝ inæqualitati: sed insidiis antiqui hostis indubitanter ascripsit. Et mox quasi deridens eũ ut erat semp alacri uultu: ꝑ fenestrã cellulæ

sibi insufflauit in fronte: & ut cæteri oẽs qui aderant similr faceret innuit. Et hoc facto ita sanatus ẽ: ut nullum penitus sentiret in suo capite doloris remansisse uestigium. Arbitror ꝙ idcirco uir sanctus hoc facere uoluit: qa per spm̃ sanctũ qui in eius pectore p̃sidebat effugandũ esse iniq̃ssimum hostẽ doloris imissorem credidit: ad euitãdam uero propriã laudem: & ludum finxit: & socios q̃siuit: nã & redẽptor insufflãsse legit̃ cum spũm sanctũ aplis dedisse ꝓhibet̃.

¶De insano quem osculo curauit. Cap. LIIII.

VIr quidã capitis patiebat̃ insaniã ita ut: sensu rõnis ãmisso uel quid ageret uel qd diceret fundit⁹ ignoraret. Huic Romualdus nihil aliud fecit: nisi solũmodo osculũ ꝑbuit: & ꝓtinus illum ad incolumitatẽ pristinã reuocauit. Et eum de inquieto hoĩe dum pacẽ fecit: ad mentis eum suæ pacẽ reduxit. Referebat aũt postmodum ille q̃ curatus fuerat dicens: qa cum sacra beati uiri labia tangere merui statim prodire ex ore eius q̃si uehementis auræ spũm sensi. Qui totã faciem meã: & ipm deniq; sincipũt perflans omnem cerebri æstuantis ardorem protinus effugauit.

¶Item de grege quem de graui morbo aqua frigida liberauit. Cap. LV.

ALioquoq; tpe idem q̃ supra Gregorius tã uirosam & marcidã tollerabat in cruribus scabiem ut iã ex elefantiæ morbo crederet tam grauem ꝓdire tumorem: huic Romualdus hoc ꝑcipuum remedii genus indixit: uidelicet: ut per tres dies frigida aqua crura ꝓfunderet: ꝓmittens quia hoc modo sanitatem pristinã recuperaret. Quod ille adimplere studuit: nimirũ magis necessitate iussionis: q̃ recipiendæ fiducia sospitatis: mirum

satis & solum diuinæ potentiæ referendū. Confestim tumor deponitur: uirus omne siccatur: & penit⁹ omni langore deposito: frater sanus per omnia redditur. Credi ergo rationabiliter potest: quia eodem spiritu Romualdus discipulo ut ter aquis tumentia crura pfunderet iussit: quo Heliseus Nahaniā leprosus septies lauari in iordane mandauit.

De discipulo quem Romam euntem per spiritum cognouit: & de illo sibi derogās reclusoriū infregit. Cap. LVI.

NOnnulli tamē carnales uidelicet homines eum malitiose reprehendere: & eiusdem uel facta non timebāt leuitatis uicio deputare. Quidam nāq; eius discipulus in alia procul eremo morabatur. Qui ppinquorū necessitati aliqn̄ condescendens: pro eorū utilitate tandē uelut inuitus: Romā ire quadragesimali tpe acqeuit: quod mox uir sanctus per spūm recognoscens: uelut indignans scripsit astanti cuidam fratri: quia uidelicet ille bonus uir pro hmōi negocio Romā ire psumpsit. Ille aūt āmirans: unde hoc magister agnosceret cū quo uidelicet nemo aliunde ueniens colloquium habuisset: rem sollicite perquisiuit: & ita esse sicut uir uenerabilis dixerat comprobauit: pergit ille ad alium suū condiscipulum uidelicet Ingelbertum: qui inclusus manebat: & magistrum hæc dixisse: & sine dubio prophetiæ spiritum habere prorsus affirmat. Ille autem detestans: & penitus denegās fratrem corripuit: & qa hoc falsum esset impcationis se uinculo obligauit dicens. Si ille inquit hoc per prophetiæ spiritum & non magis per diabolum dixit: nō me omnipotēs Deus in hoc reclusorio perseuerare permittat. Dictu factum est. Nam uix paucis diebus transactis Ingebertus fracto reclusorio sine magistri licentia abiit: & eū in hac uita sicut dicitur nunq̄ ulterius uidit.

¶ De Gaudētio & Berardo & mōacho suo. Ca. LVII.



Alius frater Gaudentius nomine Abbatis ui delicet huius monasterii sancti Vincentii pater cum magno feruore conuersus ardētiori postmodum spiritu: in Dei ē seruitio cōuersatus. Hic aliquādo beato Romualdo licentiam petiit: quia uellet, cocta iam pulmēta dimittere: & pane cum aqua contentus pomis quoq; siue crudis holeribus uictitare. Hoc igitur impetrato: cum in eodem proposito infatigabiliter permāeret Thedaldus: q dā alius frater infirmitati illius indiscrete cōpatiēs adire magistrum studuit: & quia frater ille tam graue pondus portare non posset: & hanc eius obstinationē frangi omnino debere suggessit. Romualdus aūt ut puta uir simplicis animi Thedaldi uerbis assensum dedit & Gaudentio talis uitæ licentiā abstulit. Ille uero grauiter ferens nequaq̄ ampli⁹ cū Thedaldo in eremo: in qua eos Romualdus posuerat passus est habitare: sed Ingelberto q a Romualdo disiūct⁹ fuerat se subdidit & ab eo cōsensū p̄dictæ cōuersatiōis accepit. Hic itaq; Gaudētius nō multo post tpe defunctus est: & ī cimiterio beati Vincētii iuxta corpus Berardi uenerabilis uiri q æque Romualdi discipulus fuerat est sepult⁹. Romualdus āt qa ille in p̄uaricatione inobediendiæ uitā finierat orationē pro eo fieri penitus interdixit. Aliquāto aūt post tpe monachus qdam p̄dicti Cenobii dū matutinā sinaxim cū reliq̄s fratribus celebraret repēte tā acrē dolorē sentire in dentibus cœpit: ut iā in choro ad psallendū stare oīno nō posset. Qui p̄tinus exiēs sup sepulchrū se Berardi: atq; Gaudentii lamētando iactauit: & medelā sibi p eos p̄uenire sperans: mediū se inter utrūq; cōstituit. Dūq; ibi aliq̄diu iacēs: oraret: mox eū somnus opp̄ssit. Illico sane uidet Berardū sacerdotalib⁹ ornamētis splēdidissime decoratū: tenētē imanibus librū aureis l'ris scriptū ante altare. s. stantē: & missarum solēnia celebrantem. At cernit Gaudentium mœrētem: tristem: demisso uultu:

post tergum Berardi ꝓcul absistere:& uelut excommunicatum sacris propinquare misteriis nõ audere. Qui mox locutus est ei dicens. Vides inquit: frater illum berardi librũ mirabiliter deauratũ? Ego quoq; talem per oĩa nunc haberem nisi eum mihi heu heu Thedaldus monachus abstulisset. Statiq; frater euigilans sanus & incolumis fugato omni dolore surrexit. Deinde lætus uisioné suam fratribus per ordiné enarrauit. Quo audito Romualdus illico ꝑcepit fratrib⁹: ut iã gaudétio fraternã charitaté impéderét:atq; ꝓ eo enixius orarent. Vnde nõ sine rõne colligit ꝙ ille qui priuatus societate Romualdi librũ qué meruerat ꝑdidit:iam eius gratiæ restitutus:& orationibus subleuat⁹ eundé librũ recupare meruit:& qué Thedaldus non nisi per Romualdũ abstulerat: iam Romualdus orando pro illo cum oĩbus simul fratribus reddat.

¶De discipulo in lecto Romualdi a dæmõibus liberato. Cap. LVIII.


Liquãdo uero uenerabilis Romualdus cũ iusdam cã necessitatis in uiã ire disponens uni discipuloꝝ cellã cõmisit:& usq; ad suũ reditum in ea illũ manere ꝑcepit. Ille uero temerarius dũ debiti honoris reuerentiã non seruat: audacter in eius stratu iacere non dubitat. Ecce aũt in ipsa nocte maligni spiritus super eum imaniter irruunt:grauissimis eum uerberibus atterũt: & proiectũ de lecto: pene seminecem derelinquunt. Merito nãq; tam superbos suæ offensionis ultores pertulit: qui in talem uirum postposita humilitate peccauit: & dum pio magistro non exhibuit reuerétiam:ex duris & impiis sensit manibus disciplinam. Similiter quoq; postmodum uenerabilis uir iter acturus alium in eadem cella discipulum dereliqt. Cui cũ discipulus diceret magister ego in lecto tuo nõ iaceo: qa qđ alii contigit mihi ét cõsequéter euenire formido. Ille rñ. fili mi iace & dormi securus. Ille enim in eo recubãs idcirco in

manus inimicorum incidit: quia paruitatis meæ licentiam non accepit. Tu autem accepto consensu in Deo spē pone: & sine pauore quiesce. Qui uidelicet in eo sicut iussus fuerat iacuit: & nullius omnino casum aduersitatis incurrit.

¶ De muliere in amentia uersa: & Romualdi benedictione sanata. Cap. LIX.

SAEcularis quidam uir Arduinus noīe Romualdo se ad suscipiendum sanctæ cōuersatiōis habitum tradidit. Deinde domum ut sua quæq; disponeret remeauit. Cunq; eum uxor sua uenietem uidisset: fœmineo nimirum furore succensa: exclamauit aduersus eum dicēs. Sic bone uir ab hæretico illo: & antiquo seductore nunc uenis: & me miseram & destitutā omni humano solatio derelinquis? Et hoc dicto protinus in amentiā uertitur: & ita furere: & conquassari cepit: ac si patenter a dæmonio uexaretur. Habebat autē uir sanctus huiusmodi cōsuetudinem: ut si quando fratres in uiam dirigeret benedictionem illis: siue panem: siue pomum: seu quodcunq; aliud daret. Vnde discipuli ut experti multotiens fuerant certū tenebant: q; si ex benedictione magistri cuilibet egroto porrigeret: ad salutē illū incolumem reuocarent. Nam & ex aqua unde manus eius abluebantur plures languidi sæpe restituti sunt sanitati. Quod tñ cautissime oportebat fieri: ne si uir sanctus hoc aliquatenus dephēderet in grauissimam tristitiam deueniret. Cū igitur diu iam fœmina miserabiliter uexaret: quidam fratres qui aderant de benedictione panis: quam a magistro susceperant ei particulam tradiderunt. Deinde cū hoc mulier cōmedisset: mox mente sedata ab omni reddit insaniæ furore liberrima. Quæ protinus omnipotenti deo: & Romualdo famulo eius recuperatæ sanitatis gratias retulit: & uiro suo conuersionis licentiā ulterius nō negauit.

¶ De dæmoniaco ab eo curato: & de diabolo qui Romualdo morté minatus cellæ parieté fregit. Ca. LX.

A Lioquoq; tempore puer quidam dæmōiacus ad beatum uirum delatus é. Cui ille nihil aliud fecit: nisi pro benedictiōe: sibi panis particulam tradidit. Qua mox puer ille refect⁹: confestim est a dæmonio liberatus. Iure qppe postq̄ benedictio Romualdi male possessum corpus intrauit inde cōfestim malignus spūs cauteriatus exiuit. Nunq̄ tamen diabolus a sancti uiri poterat impugnatione quiescere. Et quia occulta iam aduersus eum fraude nil poterat: non cessabat uirus suæ maliciæ uisibiliter demonstrare. Aliquando náq; uir uenerabilis dum in cella cōsisteret: ecce malignus spiritus ut é reuera teterrimus: hispidus: horribilis: imésum cœpit sancto uiro terrorem icutere: & cum nimio furoris impetu mortem sibi minitans intentare. Cumq; Romualdus auxilium imperterritus quæreret: & ut xp̄s sibi succurreret fiducialiter exclamaret mox antiquus hostis aufugiens ip̄m cellæ parieté tanto iracundiæ felle percussit: q̄ grauem fagi tabulam unius cubiti spatio uel eo amplius findit. In habitaculo igitur patenter ostendit q̄ta aduersus habitatorem flamma crudelitatis exarsit. Et quodámodo scriptū reliquit in pariete quod occultum gerebat in mente.

¶ Item de diabolo qui exterrens equum Romualdū mergere uoluit. Cap. LXI.

A Liquando etiam dum uenerabilis uir cum discipulis equitaret: ecce malignus spirit⁹ rubei canis effigiem simulans: cum magno impetu obuiá irruit: & equū cui insidebat ita ut pene uir sanctus mergeret exterruit: interrogati discipuli si eum uidissent: exhorrescétem quidem equum cōspexisse se asserūt: sed nil tale eis apparuis-

se testantur. Ille uero ait: miser ille qui olim præclarus angelus fuisse cognoscitur: nunc se in imundi spē canis ostendere non ueretur.

¶ Item de diabolo qui orta inter discipulos Romualdi discordia uegetem percutiebat. Cap. LXII.

RVrsus alio tpe cum monasteriū ancillarū dei qđ est in uallebona construere decreuisset: discordia mox inter sci uiri discipulos oritur: qa uidelicet alii nolūt: alii uero ut fieret uehemēter insistunt. Cūq; ante uenerabilem uirū utræq; dissidentiū partes diuersa ũtētes allegatione contēderent: cœpit diabolus ante portellā cellæ quasi malleo uegetē sine cessatione pcutere: & p rebo antem siluā crebris audiebat tūsionū ictibus intonare. Deinde cū iam oēs unanimiter monasteriū fieri cōcordassent: ecce malignus spūs cunctis audientibus: ululare: plorare: & flebiles nō cessabat uoces emittere. Postremo aūt cū iā diuisi ad suū quisq; reuertere tur hospitiū psequebat eos antiquus hostis cū tāta tēpestate & turbine: ut quasi oīa uentoꝝ genera: cōmouens totā siluam radicitus euellere putaret. Quidam uero fratrū increpans eum dixit. Precipio tibi in noīe sanctæ trinitatis: imunde spūs ut desinas uenire post nos: & ita fugatus est. Iure qppe auctor discordiæ cōposita pace cōpulsus est in fletum prumpere: q prius audiebat crescente rixa gaudere. Et q tunc qsi circulū uacui uasis abstrahere & ptes qbus cōpactū fuerat dissipare tentauit: cōstrictis iā uinculo pacis & charitatis compage discipulis tristis abscessit.

¶ De districta uita q̄ tūc i Sytria ducebat. Ca. LXIII.

TAliter aūt tūc i sytria uiuebat: ac si ex similitudine non solū noīs: sed ēt operis altera denuo nitria uideretur. Omnes siquidem nudis pedibus icedētes: oēs iculti: pallidi: & nimia oīum reꝝ extremitate cōtēpti. Nōnulli uero

damnatis ianuis clausi:ita mortui uidebantur müdo uel in sepulcro iam positi. Vinum ibi nemo nouerat: nec si etiá grauissimam quis ægritudinem pateretur. Sed cur ego de monachis loquor? cũ & ipsi monachorum famuli: ipsi quoq; custodes pecoꝝ ieiunarent: silentium tenerent disciplinam inter se inuicé facerét: & de quibuslibet ociosis uerbis pœnitentiá flagitarét. O aureum Romualdi sæculũ: qđ etsi tormenta persecutoꝝ non nouerat: spontaneo tamẽ martyrio nõ carebat. Aureum inquá sæculum: qđ inter mõtiũ & siluarum feras tot cœlestis Hyerusalé ciues alebat. Cũ uero ibi fratres iam tanti essent: ut oẽs illic habitare uix possent: tunc Romualdo dimisso monasterio ibi cõstructo: & abbate ꝑposito: inuiolatum silentiũ indicés bifurcum secessit ad habitandum. Illic etiá uolés Abbatem spáliter uiuere: & rectitudinis uiá tenere multam ab eo passus est persecutionis iniuriam.

De prophetia Romualdi: & colloqo eius cũ Henrico rege. Cap. LXIIII.

Nterea imperator Henricus de ultramontanis partibus italiam ueniens misit beato uiro deprecatoriam legatiõem ut ad eum uenire dignaret: promittens se facturum quodcunq; ꝑciperet: si suum ei colloquium non negaret. Cũq; uenerabilis uir prorsus abnueret silétiũ frángere: ceperunt oẽs discipuli unanimiter illũ obsecrare dicentes. Magister uides quia nos qui te sequimur tanti iam sumus ꝙ hic congruenter habitare non possumus. Vade ergo si placet: & imperatori magnũ aliquod mõasterium quære & multitudinem tẽ sæquẽtium ibi constitue. Quibus uir sanctus nescio si accepta iam reuelatione: aut subita Dei inspiratione fidenter scripsit. Scitote quia montis amiati monasterium ex dono regis habebitis: cõsiderate tantũmodo quem illic cõstituere debeatis. Igitur inuiolato silentio perrexit

rexit ad regem. Cui rex ꝓtinus adsurgens ex magno cordis affectu in hanc uocem erupit dicens. O utinam esset anima mea in corpore tuo. Quē mox ut loqueretur suppliciter obsecrans: ipso die hoc impetrare non potuit. Postera autem die Romualdo ad palatiū ueniente: ecce teutonicorū multitudo certatim hincinde concurrunt: capita salutantes humiliter flectunt: uillos quoq; pelliceæ uestis qua erat indutus anxie decerpentes pro sacris reliquiis in patriā portaturi studiose recondunt. Quæ uidelicet res uenerabilem uirum tanto mœrore deiecit: ut nisi discipulis obstantibus acquiesceret: ad cellam protinus repedaret. Ingressus igitur ad regem: nō parū sibi loquutus est de restituendo iure ecclesiarum: de uiolentia potētum: de oppressione pauperum. Et post multa unum sibi pro suis discipulis monasterium petiit. Cui postmodum Rex montis amiati monasterium tradidit: & abbatem quia multis erat malis obnoxius foras eiecit. Vbi uir sanctus q̄ta aduersa perpessus sit nōn solū ab illo qui eiectus fuerat: sed etiam ab illo quem ipse ex suis discipulis Abbatem constituerat: ille quidem pferre patiētissime potuit: nos referre etiam si adesset facundia non ualemus. Sed qualiter illum Deus ĩncūctis adiuuerit: uno exēplo monstrare sufficiat: ut prudenti cuilibet q̄d ēt in reliq̄s euenerit innotescat.

¶ De monacho quem diabolus strāgulare cœpit: sed Romualdus eripuit. Cap. LXV.

Monachus quidam uesano aduersus eū furore succensus: pilum latenter exacuit: & eum reponens: ut beatum uirum interficeret: expectare congrui occasionem temporis cœpit. Nocte uero dū depressus sopore q̄sceret: ecce uidet malignum spiritum in se immāiter irruētem: Qui retortam in collum eius mittens tanta ferocitate conabatur guttur eius astringere ut iam ille co

gereretur funditus expiraret. Tunc monachus in extremo iam spiritu positus: Romualdū: ut sibi succurreret obsecrauit. Qui ut monacho uidebatur ꝓtinus aduolans de manibus eum iniqui hostis eripuit. Hic ergo mox expergefactus ad pedes uenerabilis uiri prosternatus aduoluitur: ut allisionem ceruicis aspiciat deprecatur. Confiteri etiam crimen suæ malitiæ non ueretur. Postremo cōseruatæ uitæ sibi gratias rettulit & pœnitentiam tanti reatus accepit. Et ita qui Romualdo uitam insidiabatur eripere iam per eundem sanctissimum uirum & suam meruit conseruare: & cui inferre mortem studuit: per eum suæ periculū mortis euasit.

De Romualdo qui circūclusus aqs sibi cibū deferēdum coelitus agnouit. Cap. LXVI.

Habebat autem uir sanctus consuetudinem cum monasterium teneret: ut nisi cū ieiunaret ad cōem mensam cum fratribus quótidie ueniens: unum quidem pulmentum comederet. Postmodum uero lectiōi uel quid etiam apud unumquemq; ageretur intentus de reliquis nō gustaret. Quadragesimali uero tempore nisi necessitate ineuitabili cogeretur: in cella iugiter morabatur. Dum igitur prædictum Cœnobium uir beatissimus regeret: quadragesimali iam ꝓpinquāte ieiunio: quærebat cum discipulis per uicina montiū loca: ubi Eremum facere potuisset. Dūq; longas in quærendo moras protraheret repente aquis undiq; circūfluētibus ita conclusi sunt: ut nec ipsi iam redire: nec de monasterio quisq̄ ad eos posset aliquatenus trāsuadare. Viuebant aūt ex aliquantis castaneis: quas secum detulerant. Cūq; dies Dominicus aduenisset & alia cibi spes nulla iam superesset: cœperūt fratres pauculas: quæ remanserant castaneas deglomere: & iam quodāmodo dubitātes ultimum ex eis conuiuium præparare. Romualdus aūt ut erat semper alacri uultu fidenter

ait;quia nisi Deus sibi panem per aliquem mitteret: ipso die nullatenus manducaret. Discipuli mirantes inter se in qua spe hoc ille præsumeret:certi tamé qa magister incaute aliquid uouere nõ posset: cibũ iam tãtæ solemnitati congruũ cœperũt fiducialiter expectare. Sexta igitur diei hora iam propinquante: Ecce tres uiri onusti pane:& uino: & aliis cibis adueniunt: qui se de longinquis partibus cum multo labore peruenisse ad eos dicunt. Tunc itaq; spiritali omnes repleti gaudio:benedicentes Deũ:pariter cibũ sumunt & beatum uirum per reuelatiõẽm cœlitus hoc agnouisse indubitanter agnoscunt.

¶De pisce qui inuentus est in arenti riuo meritis Romualdi. Cap. LXVII.

Quodam tempore uenit uir uenerabilis Syriam. Qui cũ adhuc ieiunus esset: & fratres utputa in arduis mõtibus piscem quẽ ei apponerent:non haberent:cœperunt inter se quodammodo confusi erubescere:& quid tum pro uenerabili hospite acquirere potuissent anxie cogitare. Tũc frater quidam diuinitus inspiratus ad sic cum amnem:qui iuxta præterfluebat cum festinatione cucurrit:ubi nimirum & aquæ exiguum erat: piscis uero illic uisus nunq̃ penitus fuerat. Cœpit itaq; frater Deum deuote deposcere: ut qui Israelitico populo aquam potuit ex arida petra producere: ipse sibi dignaret̃ piscem in arenti riuulo demonstrare. Cõfestim igitur missa manu in exigua aqua piscem reperit:qui beato uiro ad refectionem suã abundanter sufficere potuit. Deo scilicet seruo suo ꝓuidente conuiuium inuentum est in saxoso:& arido monte uelut in piscosa ualle uiuarium. Sed quia de beati uiri uita hæc quæ nimirum pauca de multis dicta sunt sufficere credimus:iam ad trãsitum ueniamus.

¶De prænunciatione trãsitus Romualdi:& loca ubi erat migraturus. Cap. LXVIII.

obseruant. Aliq̃diu igitur cõmorantes: cum deinceps curiosis auribus attentius auscultarẽt: & neq; motum corporis: neq; sonũ uocis audiret: iã qđ euenerat uera citer opinantes ĩpulsa ianua uelociter irruũt. Lumen accẽdunt: & beata anima in cœlum rapta: supinũ iacere scm̃ cadauer inueniunt. Iacebat itaq; uelut neglecta: tũc cœlestis margarita in summi postmodũ æra rium regis honorifice reponenda Nimirũ q sic obiit ut p̃dixit: illuc transiit quo sperauit. Vixit aũt uir bea tissimus. cxx. annis. Ex q̃bus. xx. expẽdit in sæculo: tres duxit in monasterio: nonaginta. vii. in eremitico transegit proposito. Nunc igitur inter uiuos cœlestis Hyerusalem lapides ineffabiliter rutilat: cum ignitis beatorũ spirituũ turmis exultat: Candidissima stola immortalitatis induitur: & ab ipso rege regum uibrante imperpetuum diademate coronatur.

¶ De dæmoniaco per particulam eius cilicii sanato. Cap. LXX.

POst sacratissimũ autem uiri uenerabilis obitũ q̃ta miraculorum signa: per eũ Deus ostenderit: qs q̃ret transacta legere: cũ freq̃nter ualeat & noua uidere? Quia igit̃ ea q̃ ad sepulcrũ eius fiũt miracula tot sunt & tãta ut melius putemus cuncta silentio p̃terire: q̃ pauca narrare: duo solũmodo q̃ per eũdẽ beatissimum cõfessorem alibi facta sunt sufficiat nobis exponere. Deniq; frater q̃dam qui sancti uiri discipulus fuerat: paruam basilicã pro anima sua monasterio dederat: ad quã uidelicet basilicam extremitatẽ mamiæ p̃cisam ex beati uiri cilicio misit: & sub altari honorifice recõdi p̃cepit. Quam tñ gerulus sub altari sicut iussus fuerat collocare neglexit: sed missam in rima parietis incaute reliquit. Factum est postea ut dæmoniacus quidam ad prædictam ecclesiam duceretur. Cũq; astãs in medio huc illucq; rotans caput cuncta undiq; circũspiceret: tandem toruos oculos in ipsum parietem

terribiliter cœpit insigere: & intentus illuc ubi sancti Cilicii iacebat particula crebris non cessabat uocibus exclamare. Ille me eicit: ille me eicit. Et ita clamans ꝓtinus ab eo expulsus est. Hic ergo iure perpēditur: q̄d per semetipsum apud diuinam clementiam impetrare non possit: ante cuius breuissimam uestimenti particulam demonstrare non potuit. Et qui talia absens exhibet: quid per corporis præsentiam non exercet.

¶ De uillico qui uaccam rapuit & ꝓtim extinctus est. Cap. LXXI.

Alio quoq; tempore castaldius quidā pauperculæ mulieri uaccam uiolenter abstulit & eam uociferantem: multisq; precibus obsecrantē audire contempsit. Illa protinus accurrēs duos gallinarum pullos ad ecclesiā: quā supra memorauimus detulit: & eos secū ante altare proiciens huiusmodi uerbis clamar̄ flebilr̄ cœpit: hem sanctæ Romualdæ exaudi hem miserā: ne despicias me desolatam: & redde mihi gubernatricem meam iniuste ablatam. Mira res: uir adhuc uillicus cum ipsa rapina a domo mulieris abierat: & continuo emissione sagitæ percussus uaccam in eodem loco dimisit: deinde domum perueniens protinus expirauit.

¶ De corpore Romualdi post quinquennium inuentum. Cap. LXXII.

Post quinquennium uero a sancti uiri obitu data monachis ab apostolica sede licentia: ut supra uenerabile corpus eius altare construerent: Azo quidam frater siluam petiit: q̄tenus modicā capsam faceret: quæ sancti confessoris ossa & puluerem tantummodo capere potuisset. Nocte igitur insæcuta dormienti cuidā fratri uenerabilis senex apparuit: quem protinus interrogans ait. Vbi est huius monasterii prior. Quod cum

ille se scire negaret illico senex addidit. Pro fabrican da inquit capsa ire in siluã studuit: sed beati uiri corpus in tam exiguum uasculũ nõ intrabit. Postera igitur die prior composita capsa reuertitur. & mox a fratre qui uisionẽ uiderat: q̃ illum cã ad siluã iuitasset inquiritur. Quod cum ille uelut labore defessus dicere noluisset: illico frater & sui causam itineris rettulit & qđ ipse uiderat exponendo per ordinem non celauit. Defosso igitur tumulo ita propemodum totum sancti uiri corpus sanum illibatumq; reperiunt: uelut tũc fuerat cum sepulturæ illud primitus tradiderunt. Excepto ꝙ tenuis quædam mucoris lanugo in quibusdam eius membris excreuisse uidebatur. Reiecta igitur modica quæ facta fuerat capsula illico uas aptum ad mensuram beati corporis præparant: & in eo sanctarum reliquiarum patrocinia recondentes desuper altare solẽniter consecrant.

¶ Obiit autem uir Beatissimus Romualdus. xiii. kal. Iulias. Regnante Domino nostro Iesu Christo: qui cũ patre & spiritu sancto uiuit: & gloriatur per infinita sæcula sæculorum. Amen.

¶ Explicit Vita sanctissimi Patris Romualdi Abbatis & Confessoris magnifici.

Ex antiquis Eremi monumentis.

Anno ab incarnatiõe Dñi.DCCCCVI. Beatus Romualdus Rauennæ Ciuitatis:ex illustri Ducũ stirpe. cum esset annoꝝ. xvii. relicta sæculi pompa diuitiarumq; ac delitiarũ copia abiecta in Monasterio classensi sub Regula sancti Benedicti habitum sanctæ cõuersationis sumpsit. Anno uero dñi.M.xii.idem beatus Romualdus:cupiens locum idoneum Eremiticæ conuersationis inuenire:peruenit ad istum locum Camalduli:ubi dum lassus Paululum requiesceret: raptus in spiritu uidit ad instar Iacob scalam excelsam suo uertice cœlum tangentem:per quã splendescentium atq; albescẽtiũ uidebatur ascẽdere multitudo: qui mox diuino admonitus oraculo:ecclesiã in eodẽ loco ædificauit.In honorem sancti Saluatoris dñi nostri Iesu xp̃i.Et in circuitu eius quinq; cellas construxit.In quaꝝ una seipsum aliq̃to tẽpore reclusit: & magnis ibidem coruscauit miraculis: requieuit autẽ in dño ipse beatissimus pater Romualdus anno domini.M.xxvii. Cuius corpus iacet in Monasterio Vallis de castro: in Marchia anconitana.

De eadem re ex constitutionibus beati Rodulfi prioris Eremi.

Beatus Romualdus postposita mundanæ nobilitatis excellentia cum se ad monasterialẽ trãstulisset disciplinã:& pastoralem magisteriũ sumpsisset:tãdem ad solitariã transiuit militiam & Eremiticæ cõuersationis plurima cõstruxit loca:inter q̃ Camaldulẽsem quoq; Eremũ mirabiliter ædificauit.Nam cũ peruenisset ad ptes Aritini territorii locũ idoneum huic proposito cupiens inuenire:occurrit ei uir q̃dã noĩe Maldulus dicẽs se campũ habere amœnũ: in alpibus positũ. Vbi cum aliq̃n dormiret ad instar Iacob scalam

uidit excelsam: cœlū quasi suo uertice tangentē; per-
quā splendētium atq; albescētiū uidebat̄ ascendere
multitudo. Quo audito uir Dei tanq̄ diuino illustra
tus oraculo campū petiit: locū uidit: cellas ibidē con
struxit: & alloquutus p̄sulē Aritinū; suffragiū huius
opis quæsitum impetrauit. In eodem loco ēt ꝓdigia
quædam ostensa sunt quæ longum esset euoluere.

¶ Alibi in eiusdem beati Rodulfi. Constitutionibus.

¶ Camalduleñ. eremi a btō p̄re Romualdo Eremita
sancto suggerente spū ædificata est anno dñi. M.xii.
cum quadā Basilica: quā eps Aritinus i honore sancti
Saluatoris cōsecrauit. M.xxvii. āno ab eiusdē Incarna-
tione. Quinq; cellulis ibidē ædificatis & qnq; Religio
sis fratribus in eis ordinatis: & in quendā locū inferio
rem q̄ dicit̄ fons bonus: unā domū construxit: & unū
ibi monachum cum tribus cōuersis instituit: pro ad-
uentantiū hospitū receptione: & caritatiue refectiōe:
ut eremus semp secretius atq; a sæculari strepitu eēt
remota. Postmodū ad Vallem de castro ꝑfectus: ibi
spūm dño reddidit: qui nōnulla miracula ꝑ eum ēt
in hac labente uita & post eius obitū dignatus ē cernē
tib⁹ ōndere: ut in illi⁹ uita descripta a catholico Petro
Damiāo epo atq; scē Romāæ eccīiæ cardinali cōtinet̄
¶ Hæc ēt oīa sine ulla uarietate a Gherardo Priore
eremi q āno dñi. M.cclxxviii. eremiticas scripsit cōsti
tutiōes earū dē capitulis. xxvi. &. xxvii. enarrantur.
¶ Neminē aūt ꝑturbet q̄ alibi a btō Romualdo: ali-
bi uero a Maldulo uisa scala referat̄: qm̄ ab utroq; ui
sa fuisse existimat̄. Vñ scūs Romualdus maldulo sca
læ uisionē narrāti: nō prius ad plenū credidit: atq; ani

ℭ Nomina eorum qui sacræ Camaldulen. Eremi Priores fuere.

prim⁹ Prior. ℭ Beatissimus pater Romualdus: fundator Eremi & Camaldulen. Religionis institutor: spiritum dño reddidit anno domini. M. xxvii. xiii. kl. Julii. cuius admirabilem uitam. beatus Petrus Damianus: ex Monacho eps: & ecclïæ Ro. Cardinalis descripsit.

2.P. D. Petrus dagninus: a beato Romualdo institutus in eodem loco obiit anno dñi. M. li.

3.P. D. Albizus obiit anno domini. M. lxvi.

4.P. D. Rusticus primus: obiit anno dñi. M. lxxxiiii.

5.P. Beatus Rodulfus primus: qui consuetudines eremiticæ uitæ literis non minus diserte q̃ sancte demandauit obdormiuit in dño anno dñi. M. cvii.

6.P. D. Martinus primus obiit anno domini. M. cxxiiii. vi. kl. Iunii.

7.P. D. Guido primus: obiit anno dñi. M. cxxv.

8.P. D. Ioannes primus: obiit anno dñi. M. cxxxi.

9.P. D. Azzo: obiit anno dñi. M. cliii. xviii. kl. Octobris.

10.P. D. Rusticus secundus: obiit anno dñi. M. clvii.

11.P. D. Rodulfus secundus obiit anno dñi. M. clix.

12.P. D. Gregorius primus: obiit Anno domini. M. clxxii. Idibus Decembris.

13.P. D. Aldebrandus obiit anno dñi x. kl. Decẽbris

14.P. D. Placidus primus: obiit ãno domini. M. cxcix. x. kl. Septembris.

15.P. D. Martinus secundus: obiit anno domini. M. ccv. viii. kl. Nouembris. sepultus in Monasterio sancti Zenonis de Pisis.

16.P. D. Gherardus primus: obiit ãno domini. M. ccvii. Idibus Augusti.

17.P. D. Guido secũdus: obiit anno domini. M. ccxlviii. kl. Martii sepultus ĩ eremo iuxta Altare sancti Petri.

18.P. Beatus Martinus tertius qui fecit consuetudines & cõstitutiones ordinis. Anno domini. M. ccliii. obiit autem. M. cclix. Idibus Septembris. Sepultus in clau-

ſtro Camaldulis Florentiæ.

D.Maſſarius:obiit anno domini.M.cclxiii.ſexto idus Aprilis. 19.P.

D.Angelus:obiit ãno domini.M.cclxiii. ſexto Nonas Nouembris. 20.P.

D.Ioannes ſecundus. 21.P.

D.Bonifacius. 22.P.

D.Bartholomeus:obiit anno domini.M.cclxx. xviii. kl.Ianuarii. 23.P.

D.Iacobus:obiit anno domini.M cclxxii.xi.kalen.Augusti. 24.P.

D.Bonus ſenenſis:obiit lugduni apud Concilium generale celebratum a domino Papa Gregorio.x.Anno domini.M.cclxxiiii. 25.P.

D.Ghierardus ſecundus ſub quo anno domini.M.cclxxix.liber quartus conſtitutionum ordinis cõpoſitus fuit obiit Anno domini.M.ccxci.ſexto Idus Aprilis. 26.P.

D.Fridianus: obiit Florentiæ celebrato ibi capitulo generali ãno domini.M.ccxcvii. quarto nonas Nouembris. 27.P.

D.Dauid qui aſſumptus fuit per electionem domini Pape Bonifacii.viii.ex ordine Ciſterſienſium. Deinde promotus eſt ad aliud beneficium per eundẽ Pontificem anno domini M ccxcix. 28.P.

D.Anſelmus ſimiliter aſſumptus per eundem Pontificem:dum eſſet Prior ſancti Felicis de Florentia. Qui præfuit ſex diebus obiit anno dñi. M. ccxcix. ſepultus Florentiæ in clauſtro Camaldulen. 29.P.

D. Gherardus tertius de Forliuio : olim Abbas ſancti Michaelis de Piſis:obiit ãno domini. M cccvii. v.kl.Auguſti. 30.P.

32.P. D.Accursius de Castilione Aritino: olim Abbas sancti Iusti de Vulterris: obiit Anno domini.M.cccxv. ii.kl.Iulii.

33.P. D.Bonauentura olim Prior sancti Damiani de Bononia: qui Anno domini.M.cccxxxii.fecit quintum librum constitutionum obiit: autem. M.ccxlviii.octauo Idus Iunii.

34.P. D.Ioannes tertius de Burgo sancti Sepulcri olim Abbas sancti Michaelis de Pisis obiit apud Camaldulũ Anno ætatis suę.xcviii.Anno dñi. M.ccclxxxvii. iii.idus Ianuarii sepultus in Eremo.

35.P. D.Hieronymus Florentinus: olim Monachus sanctæ Mariæ de Angelis de Florentia: obiit apud eũdem monasterium. In quo & sepultus est. Anno domini M.cccxcix.Nono idus Decembris.

36.P. D.Andreas olim Prior Camalduli de Bononia: obiit Anno domini.M.ccccviii.xii.kl.Maii apud monasterium fontis boni sepultus in capitulo Eremi.

37.P. D.Honofrius olim Abbas Monasterii Camal.Florentini: obiit Anno domini.M.ccccx.secundo nonas octobris sepultus in Eremo.

38.P. D.Antonius olim Abbas de Vangaticcia: iussu domini Pape Martini.v.cessit officio. Anno domini.iii. kl.Nouembris.

39.P. D.Raphael Prior sancti Benedicti prope Florentiã: obiit prope Rauennam. Anno domini. M.ccccxxii. xvi.kl. Nouembris.

40.P. D.Benedictus de Forliuio olim Abbas sancti Iusti de Vulterris. Hic in generali capitulo Britonori celebrato: cui de mandato põtificis præerat dominus Ioãnes Cardinalis: sancti Petri ad uincula ꝓtector ordinis: ut uoto satisfaceret: spõte cessit officio. Anno dñi.M.ccccxxxi.vii.kl.Nouembris.

41.P. D.Ambrosius Monachus sanctæ Mariæ de angelis de

Florentia: dum contra cõsuetudinem dicti Mona/
sterii (exire.n.ex eo monachis non licebat) de man/
dato pontificis ad pdictum capitulũ profectus eét
eadẽ die. uidelicet. vii. kl. Nouẽbris electus ẽ. hic in
cõcilio floreñ. inter græcos & latinos interpres Do/
ctrina & eloquentia apud omnes magno habit⁹ est
in pcio. Multa scripsit plura uero e græco in latinũ
transtulit. obiit uero Anno dñi. M. ccccxxxix. xiii.
kl. Nouẽb. sepult⁹ i eccłia eremi corã maiori altari.

D. Gometius olim Abbas scẽ Mariæ de floreñ. assum
ptus est per Eugenium Papam quartum. Anno do 42 P.
mini. M. ccccxxxix.

D. Franciscus olim prior sancti Benedicti prope Flo 43 P.
rentiam electus in Eremo. Anno dñi. M. ccccxli. pri
die. kl. Decembris obiit uero. M. ccccliiii. vii. Idus
Septembris sepultus in ecclesia Eremi.

D. Mariotus de Aretio electus in eremo. Anno domi/ 44 P.
ni. M. ccccliii. xv. kl. Nouembris obiit aũt. Anno dñi
M. cccclxxviii. iiii. kl. Octobris sepultus in sacrario
Eremi.

D. Hieronymus Abbas sancti Ioãnis de Burgo electus 45 P.
est. Anno domini. M. cccclxxviii. v. Idus Nouemb.
obiit. Annno domini. M. cccclxxx. ii. kl. Nouembris
Sepultus Romæ in ecclesia sanctæ Mariæ ad Mi/
neruam.

D. Petrus delphinus olim Abbas sancti Michaelis de 46 P.
Murano electus. Anno domini. M. cccclxxx. Idibus
Decembris.

¶ Anno dñi. M. D. XIII. pia Leonis. x. Pontificis Maxi/
mi cura instituit ut post istum: nullus eligaẽ Prior
eremi ad uitã & multa alia ut in priuilegio uideri

M.XII. Ordo Camaldulēsis a beato Romualdo in Eremo Camaldulensi.

M.LXX. Ordo Vallis umbrosæ a beato Ioāne gualberto.

M.LXXXVI. Ordo cartusiensiū a beato Brunone.

M.XCVIII. Ordo cistersiensis a beato Roberto.

M.CLXXXIX. Ordo humiliatorū ab his qui in Germaniam exilio acti fuerant.

M.CC. Ordo carmelitarum ab Alberto episcopo Hierosolimitano.

M.CCIII. Ordo minorum a beato Francisco approbatus. M.CCXXIIII.

M.CCXIX. Ordo pdicatoꝝ a beato Dominico.

M.CCLXXXV. Ordo seruorum beate Mariæ a beato Philippo ad formam redigitur.

M.CCXCVII. Ordo Celestinorū sic a Celestino Papa nūcupatus.

M.CCCLXVII. Ordo sanctæ Brigidæ uiroꝝ & mulierum ab ipsa sancta Brigida.

M.CCCLXVII. Ordo Iesuatorum sub urbano Pōti. a beato Ioanne Columbano.

M.CCCLXVII. Ordo canonicorum regularium sancti Saluatoris apud Senas.

M.CCCCVII. Ordo mendicātiū sancti Hieronimi.

M.CCCCVII. Ordo canonicoꝝ habitus celestini scī Georgii de alga a beato Laurentio Iustiniano.

M.CCCCXII. CONGREGATIO nobilissima scē Iustinæ de Padua uel Cassinēsis monachoꝝ nigrorū a Religioso uiro Lodouico Barbo instituta est.

FINIS.

¶ Impressum Florētiæ anno dominicæ Incarnatiōis. M.D.XIII. die. 20. Ianuarii Leonis. x. Anno primo: arte & industria Philippi de Giūta Florētini: impēsis uero totius Camaldulensis ordinis.